

CAPUT III.

De Eucharistia ut est Sacrificium.

DUBIUM I.

Quid sit Missa, et quae obligatio sacerdotum circa illam.

304. *Definitio sacrificii Missae.* — Not. 1. Quomodo definiatur sacrificium in genere. Not. 2. Quomodo distinguantur sacrificia. Et quomodo sacrificium Eucharistiae omnia illa contineat. Et in quo differat a sacrificio crucis. Not. 3. An Missa sit verum sacrificium. — 305. In quo constat essentia sacrificii Missae. — 306. An ad essentiam sacrificii requiratur consecratio utriusque speciei. — 307. Quinam sint offerentes in sacrificio Missae. — 308. Pro quibus possit offerri Missa. — 309. Dub. 1. An pro excommunicatis. Dub. 2. An pro infidelibus. — 310. Dub. 3. An pro defunctis. — 311. Effectus sacrificii Missae sunt quatuor: 1. Remissio peccatorum. 2. Remissio poenarum. 3. Augmentum gratiae. 4. Impetratio bonorum. — 312. De valore et fructu Missae. — An Missa habeat valorem infinitum. Et an fructus Missae pendeat a probitate celebrantis. — 313. De obligatione celebrandi, quam habent sacerdotes. — Dub. 1. An ipsi ex praecerto gravi teneantur aliquando celebrare. — Dub. 2. Quoties in anno teneantur celebrare simplices sacerdotes. Quoties parochi. Et quoties episcopi. — 314. De Missa conventuali quotidie celebranda. — 315. De obligatione dicendi tempore debito Missas pro accepto stipendio. — 316. Quaenam praenotanda circa originem stipendi. — 317. Qu. 1. An liceat sacerdoti diviti accipere stipendium pro Missis. Et an peccet graviter qui principaliter celebrat pro stipendio. — Qu. 2. Quomodo peccet sacerdos differendo celebrationem. Et quae dilatio censeatur modica. Quid, si Missae tradantur communilitati. — Qu. 3. An peccet graviter sacerdos omitens Sacrum promissum pro parvo stipendio. — Qu. 4. Quid, si Missa sit gratuitum promissa. — 318. An liceat accipere stipendium pro applicatione fructus specialissimi. — Et an, accipere plura stipendia pro una Missa. — 319. A quo et quomodo taxandum sit stipendium. — 320. Dub. 1. An regulares teneantur servare taxam episcopi. — Dub. 2. An episcopus possit prohibere, ne accipiantur stipendium majus taxa. — Dub. 3. An, ne accipiatur stipendium minus. An autem qui acceperit minus possit minuere numerum Missarum. — Dub. 4. An liceat pacisci de stipendio. — Dub. 5. Quomodo taxandum stipendium Missarum quas reliquit testator. — 321. Non licet celebrare per alium, retenta parte stipendii. — Exceptio 1. Si stipendium detur intuitu personae. Exceptio 2. Si alter sacerdos vere sponte condonet partem. Exceptio 3. Beneficiarius, capellanus, et sacerdos obligatus ex legato sibi relicto sua vita durante. — 322. Dub. 1. An qui retinet partem stipendii, teneatur ad restitutionem. Et cui restituendum. — Dub. 2. Quid de procuratore, vel executore testamenti. — Dub. 3. An colligens eleemosynas possit partem retinere pro suo labore. — Dub. 4. An possint commutari Missae majoris stipendii cum Missis minoris. Dub. 5. An administratores ecclesiarum possint aliquid retinere pro expensis. — 323. De obligatione beneficiariorum et parochorum applicandi Missas. — 324. Qu. 1. Cui debeant applicare Missas beneficiati, et capellani monialium aut confraternitatum. Quid, si capitale fundationis beneficii aut capellaniae sit infructiferum. Et an possit dari praescriptio ab obligatione Missarum. — Qu. 2. Quibus diebus parochi teneantur celebrare pro populo. — 325. Vide sancta a Bened. XIV, super Missa parochorum. — 326. Super Missa conventuali. — 327. De obligatione celebrandi Missas votivas pro missas sub stipendio. — 328. De obligatione celebrandi, loco et tempore designato a fundatore. — 329. Quid, si episcopus dispensem. — 330. De obligatione beneficiarii celebrandi Missas praescriptas, et celebrandi per seipsum. — 331. De reductione Missarum. — An episcopus possit eam facere. Et an moderari Officia et eleemosynas anniversariis annexa. — 332. An beneficiarius possit aliquando celebrare pro suis propinquis aut amicis, vel omittere Missam propter reverentiam. — 333. An capellanus aegrotans teneatur per alium satisfacere Missis. — De tringita Missis Gregorianis. — An liceat stipendium accipere pro prima Missa quam neo-presbyter celebrat cum episcopo. (Remissive ad n. 829, v. An autem).

Missa,
quid.

304. — « Resp. Missa est sacrificium, « tionem supremi dominii Dei et signum
« consistens in consecratione panis et vini: « nostrae servitutis. Quod non obstat quin
« estque actus latiae, qui fit in recogni- « secundario possit etiam ad alium finem

« partiale offerri, ut ad agendas gratias, « vel impetrationem beneficii, ad remis- « sionem peccatorum, ad Sanctos hono- « randos, etc. ».

Notandum est I^o. Quod sacrificium in genere est: *Oblatio facta Deo per immutationem alicujus rei, in signum supremi dominii, ex legitima institutione.* — Ita communiter Suarez, Palaus, Laymann, Concina et alii.

Dicitur *Oblatio*: pro genere, in quo cum aliis oblationibus convenit. — *Facta Deo*: quia soli Deo, non Sanctis, sacrificium offertur. — *Per immutationem alicujus rei*: immutatio enim distinguit sacrificium ab aliis oblationibus. — *In signum supremi dominii*: nam tali signo significamus, ita a Deo tamquam supremo Domino nos et nostra destrui posse, sicuti res oblata immutatur. — *Ex legitima institutione*. Haec autem institutio tria requirit: ut sacrificium fiat publica auctoritate, fiat nomine totius populi, et fiat a sacerdote tamquam legitimo ministro.

Notandum II^o. Sacrificium dividi ex parte materiae, formae et finis.

Ex parte *materiae*, distinguitur in *victimam seu hostiam*, in qua aliquod animatum offertur: in *immolationem*, in qua offertur aliquod inanime, sed solidum: in *libamen*, in qua offertur aliquod liquidum.

Ex parte *formae*, distinguitur in *holocaustum*, in quo totum quod offertur per ignem consumitur: *hostiam pro peccato*, in qua id quod offertur partim consumitur per ignem, partim per sacerdotem: *hostiam pacificam*, in qua id quod offertur partim consumitur per ignem, partim per sacerdotem, partim per illum qui donat.

Ex parte *finis*, distinguitur in *latreumaticum*, quod offertur mere in obsequium Dei: *eucharisticum*, in gratiarum actionem: *propitiatorium seu expiatorium*, in

Suar., in 3^{ma} Part., disp. 78, sect. 1 et 2. — *Palaus*, tract. 8, disp. 2, punct. unic., num. 1. — *Laym.*, lib. 5, tract. 5, cap. 1, num. 1. — *Concina*, de Sacrificio Missae,

Sacrifi-
cium, quid.

Sacrifi-
cium, quo-
tuplex ex
parte mate-
riae.

Ex parte
formae.

Ex parte
finis.

remissionem culpae vel poenae: *impetratorium*, ad obtinenda bona a Deo.

Sacrificium autem Eucharistiae in lege gratiae institutum (quo omnia antiqua sacrificia cessarunt) omnium rationes illorum perfecte continet. Est enim *holocaustum* in recognitionem divinae excellentiae: *eucharisticum* in gratiarum actionem: est *impetratorium* gratiarum per merita Christi: et *expiatorium* peccatorum, quia per illud Deus ad misericordiam moveatur. Estque Missae sacrificium incruentum idem profecto ac sacrificium cruentum crucis: non solum quia eadem Persona offertur; sed etiam quia eadem est formalis ratio sacrificii, cum offeratur in protestationem supremi dominii quod habet Deus vitae et mortis. — Sacrificium igitur altaris, ut ait Tridentinum, non quidem essentialiter differt a sacrificio crucis; sed tantum accidentaliter quoad modum offrendi, nempe quia 1^o. In illo crucis intercessit mors realis; in hoc intervenit mystica. 2^o. Illud oblatum fuit per ipsum Redemptorem in ara crucis; hoc offertur ministerio sacerdotum. 3^o. Illud fuit meritorium, quia ibi solutum fuit pretium nostrae redemptionis; hoc vero non est meritorium, cum hic tantum applicentur merita Christi.

Notandum III^o. Certum esse et de fide, quod Missa est vere et proprie sacrificium, et a Christo institutum quoad id quod pertinet ad essentiam sacrificii: per consecrationem enim et per sumptionem, ut infra dicetur, mystice mactatur Christus; et sic habetur immutatio ad sacrificium requisita. — Ita in Tridentino¹.

305. — Quaeritur hic 1^o. *In quo consistat essentia sacrificii Missae?* — Magna haec est quaestio inter doctores: plures enim adsunt sententiae:

Prima sententia dicit consistere in sola sumptione; quia in illa tantum repetitur destructio sive immutatio victimae. Et ita tenent Pignatelli^{a)}; et Alber-

cap. 1, num. 2. — *Council. Trident.*, sess. 22, de Sacrificio Missae, cap. 2. — ^{b)} Sess. 22, de Sacrificio Missae, cap. 1, et can. 1 et 3.

305. — a) Fabricius Pignatelli, *de Monte propitiatori*, lib. 3, qu. 5, n. 1, non perspicue tenet hanc opinionem, sed scribit: « Sacrifi-

cium Missae consistere [essentialiter] in oblatione Corporis et Sanguinis, terminata ad ipsorum consumptionem».

Missa con-
tinet ratio-
nes omnium
sacrificiorum.

Idem est
essentialiter
ac sacrificium
crucis.

Diversum
accidentaliter.

Missae
vere et pro-
prie sacri-
ficium.

Juxta a-
lios, essen-
tia Missae
consistit in
sola sum-
ptione.

tus Magnus^{b)}, Ledesma^{c)} et alii, apud Suarez^{d)}.

Secunda sententia dicit consistere in *oblatione*, cum sacrificium nihil aliud sit quam oblatio. — Ita Azor^{d)}; et Sotus^{e)} ac Covarruvias^{f)}, apud Dicastillum^{e)}; et Gobat^{f)}, Eckius^{f)}, etc., apud Croix^{f)}.

Tertia sententia communior docet consistere in sola *consecratione*. Et ita tenent Suarez^{g)}, Gonet^{g)}, Contin^{g)}, Tourny^{g)}, Petrocorensis^{g)}, Habert^{g)}, Juenin^{g)}, Frassen^{g)}, Concina^{g)}, Holzmann^{g)}, Roncaglia^{g)}, Croix^{g)}; et Salmant.^{h)} cum Antonio, Lugo,

¹ Disp. 75, sect. 4, v. *Prima sententia*. — ^a Loc. cit. — ^b De Euch., n. 305. — ^c Tr. 18, qu. 2, de Sacrific. Miss., cap. 1, qu. 2. — ^d Lib. 6, part. 2, n. 13. — ^e Tr. 5, de Sacrific. Miss., cap. 1, n. 14. — ^f Anton. a Spir. S., tr. 7, disp. 2, n. 12. — *Lugo*, de Euch., disp. 19, n. 73. — *Palaus*, tr. 22, punct. 2, n. 2. — *Vasq.*, disp. 222, cap. 5.

Palao, Vasquez et alii. — Ratio, quia in consecratione omnia adsunt requisita ad sacrificium: nempe oblatio, quae jam fit in actu exercito, prout Christus quoque tum in coena, tum in cruce, non verbis sed facto, Deo Patri se obtulit: adest etiam destruictio seu immutatio victimae, dum vi verborum jam Corpus a Sanguine Christi separatur. — Haec sententia est quidem valde probabilis et communior.

Sed probabilior mihi videtur *quarta* sententia (licet *Lib. III*, n. 310, *Qu. 2*, *tertiae adhaeserim*), quam tenent Bellar-

art. 3, Append., qu. 3, concl. 1. — ^a De Euch., n. 305. — ^b Tr. 18, qu. 2, de Sacrific. Miss., cap. 1, qu. 2. — ^c Lib. 6, part. 2, n. 13. — ^d Tr. 5, de Sacrific. Miss., cap. 1, n. 14. — ^e De Euch., cap. 10, qu. 2, v. *Resp. tamen*. — ^f De Euch., part. 2, cap. 5, resp. 3. — ^g Institut. de Euch., qu. 2, cap. 2, concl. 4. — ^h Tom. 11, tr. 2, disp. 1.

^{b)} Albertus Magnus, a Suarez citatur pro opinione negante consecrationem esse de essentia sacrificii. Et profecto in 4, *dist. 13*, *art. 24*, dicit Christum quotidie immolari, « licet quotidie non conficiatur, quia etiam in Parasceve immolatio fit absque consecratio ne». Sed in re videtur potius tenere opinionem aliam; scribit enim *art. 23*: « Immolatio nostra non tantum est repraesentatio, sed immolatio vera; id est rei immolatae oblatio per manus sacerdotum: unde duo dicit, scilicet rem occisam et oblationem, quia immolatio proprie est oblatio occisi ad cultum Dei». Et ad *quaestiuncul.*, dicit immolationem « secundum significationem propriam sonare actum oblationis ex parte rei oblatae et occisae; sacrificatio autem dicit eumdem ex parte effectus».

^{c)} Martinus de Ledesma, *1a 4i*, *qu. 23*, *art. 4*, *i. f.*, aperte insinuat opinionem hanc, affirmans sumptionem esse de essentia, « licet sacerdos offerat antequam sumat, quia offert quod nondum est perfectum sacrificium». Et subdit consecrationem non esse de essentia, quia die Parasceves, inquit, vera Missa habetur, et tamen non fit consecratio.

^{d)} Azor, *part. 1, lib. 10*, *cap. 19*, *v. Quare*: « Probabilior mihi videtur eorum sententia qui docuerunt totam evangelici sacrificii rationem in duabus actionibus, aut summum in tribus constitut: nempe vel in consecratione... et oblatione, aut in consecratione et oblatione et sumptione: has enim tres actiones aut certe duas, consecrationem et oblationem, omnino ratio sacrificii et natura postulat: praeterea nihil».

^{e)} Covarruvias et Sotus a Dicastro, *tr. 5*, *de Sacrific. Missae*, *disp. 1*, *dub. 8*, *n. 142*, citantur quasi affirmant oblationem secundam esse de essentia. — Et re quidem vera Sotus, *in 4, dist. 13*, *qu. 2*, *art. 1*, *v. Quo ergo*, dicit

Haec sen-
tentia, val-
de probabi-
lis et com-
munior.

^{f)} Gobat et Eckius a Croix, *lib. 6*, *part. 2*, *n. 12*, allegantur pro sententia quae docet essentiam consistere in secunda oblatione, ea scilicet quae consecrationem immediate sequitur. — Sed revera Gobat, *part. 1*, *tr. 3*, *n. 14*, scribit: « Sacrificium essentialiter consistere in sola consecratione utriusque speciei, quamvis ad integratem ejusdem spectet consumptio etiam utriusque speciei». — Eckius vero, *lib. 3*, *de Sacrific. Miss.*, *cap. 9*, videtur perspicue tenere sententiam quae ipsi a Croix tribuitur.

^{g)} Concina, *de Sacrific. Miss.*, *cap. 2*, *§ 2*, *n. 6*, affirmit consecrationem esse de essentia sacrificii; sed *n. 7*, quaerens utrum communio sit etiam de essentia, an solum de inte-

Probabi-
lius, juxta
S. Alphon-
sum, par-
tim in con-
secratione;
partim in
sumptione.

minus¹, Tournely², Sotus³, Bonacina⁴, et alii apud Dicastillum⁵. Haec sententia dicit essentiam Eucharistiae consistere partialiter in *consecratione*, et partialiter in *sumptione*: in consecratione enim ponitur victimam, et in sumptione consumitur. — Ratio 1^a. Quia verum et reale sacrificium veram requirit et realem destructionem rei oblatae: quae non habetur nisi per sumptionem sacerdotis, qua destruitur sacramentalis existentia Christi. Nec obstat dicere quod in consecratione jam habeatur mors mystica, et in tantum non habetur mors realis, in quantum propter naturalem concomitantiam, nequeunt Christi Sanguis et Anima a Corpore separari. Nam respondet quod si concomitantia illa naturalis impedit mortem, impedit etiam sacrificium, quod sine vera et reali destructione non consumitur. — Ratio 2^b. Quia si destructio non fieret per sumptionem, sequeretur quod sacrificium fieret in coelo, non in altari; nam ut in altari fiat sacrificium, opus est ut prius ibi victima ponatur integrā, et deinde destruatur. Cum autem in consecratione panis vi verborum veniat tantum Corpus a Sanguine separatum, sequitur praesupponi destructio jam facta in coelo ubi Christus integer manet. Nec obstat dicere quod, licet per se vi verborum Corpus veniat separatum a Sanguine; ratione tamen concomitiae Christus integer venit, ac proinde mystice destruitur. Nam respondet quod hoc esset per accidens, non per se: sed cum sacrificium (ut supponunt auctores tertiae sententiae) fiat

¹ De Euch., lib. 5, cap. 27, propos. 7 et 8. — ² Praelect., de Sacrif. Miss., art. 2, concl. 4 et 5. — ³ De Defectib., tit. x, num. 3. — ⁴ S. P., qu. 83, art. 6, ad 1. — ⁵ Ysambert, in 3 P., qu. 83, disp. 3, art. 9. — ⁶ De Euch., qu. ult.,

per se vi verborum, ratione separationis Sanguinis a Corpore, necesse est ut etiam per se vi verborum ponatur integer Christus, priusquam destruatur. — Caeterum ipsi adversarii dicunt quod sumptio, quamvis non spectet ad essentiam sacrificii, spectat tamen ad ejus integratatem, ut sacerdos participet de re oblata. Quapropter rubrica Missalis⁷ sic monet: Si sacerdos graviter infirmetur aut moriatur post consecrationem Corporis tantum, ante consecrationem Sanguinis, vel utroque consecrato..., Missa per alium sacerdotem expleatur ab eo loco ubi ille desit; et in casu necessitatis, etiam per non jejunum. Et idem docet S. Thomas⁸, ex concilio Toletano VII, in can. *Nihil, caus. 7, qu. 1*.

306. — Quaeritur 2^a. *An de essentia sacrificii requiratur consecratio utriusque speciei?*

Prima sententia negat; quam tenent Contin. Tournely⁹ cum Majore¹⁰, Adriano¹¹, Ysambert, etc.; ac Bonacina¹² cum Henriquez, Pitigiano, Nuñez, etc.; probabilemque putat Croix¹³. — Ratio: tum quia per ipsam consecrationem unius speciei totus Christus ponitur et offertur, simulque jam repraesentatur mors Christi; cum vi verborum ponatur tantum Corpus sine Sanguine vel Sanguis sine Corpore, quo mors Christi designatur. Tum quia, ut alii dicunt, in consecratione et sumptione unius speciei jam habetur oblatione et mactatio victimae: quod satis est ad essentiam sacrificii.

Secunda vero sententia, communior et probabilior, affirmat; et hanc tenent Sua-

Probabi-
lius est de
essentia.

punct. 2, num. 7. — ⁹ Henrig., lib. 9, cap. 9, num. 1, lit. b, in comment. — ¹⁰ Pitigian., in 4, dist. 13, qu. 2, de Sacrif. Missae, art. 3. — ¹¹ Nuñez, in 3 P., qu. 83, art. 1, part. 2 bis, dub. 1, concl. 2. — ¹² Lib. 6, part. 2, n. 15.

gritate: « Disputant, inquit, in utramque partem theologi. Omnes affirmant esse partem, ut minus integralem, sacrificii: et communior sententia propugnat partem esse essentiale ».

¹³ Bonacina, *de Euch.*, qu. ult., punct. 2, partes essentiales sacrificii ait esse consecrationem, oblationem et sumptionem. Per oblationem vero illam intendit n. 6, quae fit post consecrationem.

¹⁴ Dicastillus, *tr. 5, de Sacrif. Miss.*, disp. 1, dub. 9, n. 155, auctores citat, tenentes sumptionem ad essentiam sacrificii pertinere; non

vero eos allegat pro sententia quae docet Missae essentiam consistere partim in consecratione, partim in sumptione.

306. — ^a) Continuator Tournely, *de Euch.*, part. 2, cap. 3, art. 2, sect. 3, concl. 2, scribit: « Haud... certo requiritur utriusque speciei consecratio ad essentiam sacrificii ».

^b) Major, in 4, dist. 9, qu. 3, v. *Tertio arg.*; Adrianus, in 4, qu. de Euch., § Viso de impedimento, v. *Pro responsione*, i. f., hanc sententiam plane insinuant, dum dicunt utriusque speciei consecrationem esse de jure dumtaxat humano.

rez¹, Tournely², Lugo³ cum communi (ut asserit), Palaus⁴. Et favet D. Thomas⁵, ubi dicit: *Repraesentatio Dominicae Passionis agitur in ipsa consecratione..., in qua non debet Corpus sine Sanguine consecrari*. — Ratio igitur est, quia sacramentum altaris debet esse rememoratum sacrificii cruenti a Christo in cruce peracti; ut declarat Tridentinum⁶, ubi docet quod Christus obtulit Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini, ut... sua Ecclesiae visibile... relinqueret sacrificium, quo cruentum (nota) illud semel in cruce peragendum repraesentaretur. Unde, si una tantum species consecraretur, etsi vi verborum ponetur Corpus exsangue, vel etsi per sumptionem haberetur mactatio, non tamen exprimeretur Sanguinis effusio: quod non fit nisi per utriusque speciei consecrationem, per quam proprie significatur separatio Sanguinis a Corpore, juxta dictum S. Cyrilli: *Gladio verborum Sanguis separatur a Corpore*.

Hic autem advertendum id quod habetur in rubrica Missalis⁷: *Si materia quae esset apponenda, ratione defectus vel panis vel vini, non posset ullo modo haberi, si id sit ante consecrationem Corporis, ulterius procedi non debet. Si post consecrationem Corporis aut etiam vini, deprehenditur defectus alterius speciei, altera jam consecrata, tunc si nullo modo haberi possit, procedendum erit, et Missa absolvenda; ita tamen ut praetermittantur verba et signa quae pertinent ad speciem deficientem. Quod si exspectando aliquamdiu haberi possit, exspectandum erit, ne sacrificium remaneat imperfectum*. — Hinc notant Gavantus⁸ et Azor⁹ quod,

¹ Disp. 75, sect. 6, v. *Dico 2*. — ² Praelect., de Sacrif. Miss., art. 3. — ³ De Defectib., tit. 1, num. 104 et 105. — ⁴ Tr. 22, punct. 2, n. 6. — ⁵ S. P., qu. 80, art. 12, ad 3. — ⁶ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 1. — ⁷ De Defectib., tit. 1, num. 8. — ⁸ Part. 3, tit. 4, num. 8, lit. u. — ⁹ Part. 1, lib. 10,

si difficilime haberi possit species deficiens, et notabilis inde oriretur offendit populi, Missa absolvendi debet; quia jus naturale vitandi scandalum praevalit juri divino positivo integrandi sacrificium.

307. — Est autem de fide quod Christus Dominus sit praecipuus sacerdos offerens in sacrificio Missae; ut communiter doctores cum S. Thoma¹⁰, ex Tridentino¹¹.

Post Christum, ministri hujus sacrificii sunt sacerdotes, qui soli potestatem habent consecrandi et offerendi Corpus et Sanguinem Christi; et consecrant etiam sint haeretici, degradati, etc.: ex Tridentino¹². — Tota Ecclesia etiam dicitur offerre sacrificium per sacerdotem, ut multi dicunt apud Croix¹³.

Post sacerdotes, omnes fideles offerunt sacrificium mediate per sacerdotum manus, tribus utique modis: 1^a. Modo generali, nempe per sacerdotes, qui offerendo sacrificium ut publici ministri, pro quo cumque fidieli dicuntur etiam offerre. — 2^b. Modo magis speciali, procurando ut sacerdotes celebrent pro seipsis. 3^c. Assistendo sacrificio.

308. — Certum etiam est, posse offerre hoc sacrificium pro omnibus fidelibus baptizatis vivis, etiam infantibus, vel energumenis, vel peccatoribus non excommunicatis, quoad fructum tantum impetrationis.

Pro excommunicato vitando tamen licite sacerdos potest offerre Missam privativam, quatenus est opus proprium suea privatae personae; non autem nomine Ecclesiae, vel ut minister Christi, ex cap. 28 de sent. excom.¹⁴ — Quamvis, si offerret tamquam Christi minister, valide quidem, sed illicite offerret; ut Croix¹⁵; Salmant.¹⁶ cum Suarez, Navarro¹⁷, Dicastillo, etc.

cap. 33, qu. 6. — ¹⁰ Qu. 83, art. 1, ad 3. — ¹¹ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 2. — ¹² Sess. 23, de Ordine, cap. 1 et 4, et can. 4. — ¹³ Lib. 6, part. 2, n. 19. — ¹⁴ Tr. 5, cap. 2, n. 14. — ¹⁵ Suar., de Censur., disp. 9, sect. 4, n. 3. — ¹⁶ Dicast., tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 2, dub. 3, n. 61 et 64.

nere, quamvis absolutus apud Deum fuisse creditur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus».

¹⁶ Croix, lib. 6, part. 2, n. 32, illicitum plane esse ait, et additum incertum esse utrum validum.

¹⁷ Navarrus a Salmant. minime citatur; sed Laymann citatur, et adamussim concordat,

Christus,
praecipuus
sacerdos;
deinde sa-
cerdotes.

Quomodo
fideles di-
cantur of-
ferre.

Pro qui-
bus offera-
tur Missa.

Quomodo
pro excom-
municato
vitando.

309. - Sed dubitatur 1^o. *An licite sacerdos possit orare aut offerre Missam, nomine Ecclesiae vel ut minister Christi, pro excommunicato tolerato?*

Pro tolerate nequit offerri nomine Ecclesiae, juxta alios.

Probabilis potest.

Negant Suarez, Bonacina, Sotus ^{a)} et aliis, cum Salmant.¹; quia Ecclesia, ut dicunt, excludit excommunicatos omnino a communicatione suffragiorum; concilium enim Constantiense (in extravaganti Martini V *Ad evitanda*) nihil ipsis indulxit; sed tantum favorem praebuit aliis, ut cum excommunicato tolerato communicare possent. — Sed probabilior est opposita sententia, quam tenet Lugo²; Croix³ cum Sanchez^{b)}, Navarro, Coninck, etc. Ratio, quia in dicta extravaganti, quamvis nihil indulgeatur excommunicatis toleratis, conceditur tamen fidelibus communica-

Suar., de Censur., disp. 9, sect. 4, n. 8 et 6, cum sect. 2, n. 17 et 20. — *Bonac.*, de Censur., disp. 2, qu. 2, punct. 1, § 1, n. 1; et § 3, n. 3 et 5. — ¹ Tr. 5, cap. 2, n. 16. — *Concil. Constant.*, extrav. *Ad evitanda*, inter Concordata Martini V et Germanicae nationis, sub n. 7; apud Hardouin *Concil.*, tom. 8, col. 892. — ² De Euch., disp. 19, n. 187. — ³ Lib. 6, part. 2, n. 34. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 36, v. *Ad secundum*. — *Coninck*, disp. 14, de Excom., dub. 6,

care cum illis, etiam in divinis, juxta dicens de Censur., n. 139 et 164.

Dubitatur 2^o. *An possit offerri Missa pro infidelibus?*

Negant Vasquez, Sotus, Leander, Palau, etc., apud Salmant.⁴ Effectus enim sacrificii (ut dicunt) non est communicandus iis quibus non possunt communicari sacramenta. — Probabilius tamen affirmant Lugo⁵; et Bellarminus, Suarez, Sà, Laymann, etc., cum Salmant.⁶ Tum quia in lege veteri, Iudei soliti fuerunt sacrificare pro Gentibus (ut in Lib. I Machab., cap. xii, pro Spartanis, ubi: *Memores sumus vestri in sacrificiis quae offerimus*); tum quia sic celebrans magis conformatur Christo, qui pro omnibus se obtulit ^{d)}.

Probabilis offerri potest pro infidelibus.

num. 40. — *Vasq.*, disp. 227, cap. 3, init., et num. 15. — *Sotus*, in 4, dist. 11, qu. 2, art. 7, v. f. ad 2. — *Leand.*, tr. 8, de Sacrif. Miss., disp. 2, qu. 6. — *Palau*, tr. 22, punct. 5, num. 4. — ⁴ Tr. 5, cap. 2, num. 18. — ⁶ Disp. 19, num. 173. — *Bellar.*, de Euch. (Miss.), lib. 6, cap. 6. — *Suar.*, in 3 Part., disp. 78, sect. 2, v. *Dico 3*. — *Sà*, v. *Missa*, n. 40. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 2, num. 9. — ⁶ Tract. 5, cap. 2, num. 19.

lib. 5, tr. 5, cap. 2, n. 7. — Et pariter Dicatillus, qui tamen, n. 68, addit incertum esse an valide offeratur pro eo excommunicato qui sacerdotem inducit ad offerendum pro se.

309. — ^{a)} *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, v. *In hoc ergo*, loquitur de excommunicatis, «cujuscumque generis sint». Cfr. etiam dist. 11, qu. 2, art. 7, v. f., ad 2, ubi de excommunicatis in universum loquitur.

^{b)} Sanchez male citatur a Croix; quin etiam videtur, de *Matr.*, lib. 7, disp. 9, n. 13 ut dicit Lugo, contrarium supponere loquens de benedictione nuptiali, et dicens excommunicatum excludi a precibus quae nomine Ecclesiae funduntur.

^{c)} Scilicet quoad vim impetrationis, ut notant Lugo, Suarez, Laymann, vel pro conversione infidelium, ut ait Sà.

^{d)} De oblatione Missae pro infidelibus et schismaticis (quibus aequiparandi videntur haereticis), non pauca habentur Sanctae Sedis responsa. Et quidem a S. C. de Prop. Fide quae situm est utrum liceat eleemosynam pro Missa ab infidelis accipere, hancque applicare juxta mentem seu intentionem infidelis, qui Missam eo fine petit ut a morbo sanetur, a carcere vel a morte liberetur; et S. C. die 11 Martii 1848 respondit: «Affirmative». — Atvero S. C. S. Off., interrogata «Utrum possit aut debeat celebrari Missa ac percipi eleemosyna pro graeco schismatico, qui enixe oret atque instet ut Missa applicetur pro ipso;

sive in ecclesia adstante, sive extra ecclesiam manente»; die 19 Aprilis 1837, respondit: «Juxta exposita, non licere, nisi constet expresse eleemosynam a schismatico praeberi ad imprestandam conversionem ad veram fidem». Postea tamen idem S. Officium, ad quae situm: «Utrum liceat sacerdotibus Missam celebrare pro Turcarum aliorumque infidelium intentione, et ab iis eleemosynam pro Missae accipere», die 12 Julii 1865 respondit: «Affirmative, dummodo non adsit scandalum, ac nihil in Missa specialiter addatur, et, quoad intentionem, constet nihil mali aut erroris aut superstitionis in infidelibus eleemosynam offerentibus subesse». Et in Instructione huic responso addita, S. C. declarat eo sensu, ea scilicet restrictione, data fuisse responsa negativa a se non semel de eodem argumento prolata.

Haec quidem de vivis dicta sunt; verum pro defunctis sive infidelibus, sive haereticis, Missam offerre omnino illicitum esse. Etenim cum S. C. de Prop. Fide, interrogata fuisse utrum christianis liceat «sacrificium facere Domino Deo nostro pro suis defunctis, qui in sua infidelitate ab hac vita discedunt», Qualificatores S. Off. (ad quod dubium datum erat) «censuerunt si vere in sua infidelitate decedunt, omnino non licere». 12 Septembr. 1645. — Pariter a S. Off. quae situm est: «1. An liceat Missam offerre pro illis qui in manifesta haeresi moriuntur, praeser-

Offertur licite et utiliter pro defunctis in purgatorio detentis.

310. — Pro defunctis autem existentibus in purgatorio, certum est quod licite et utiliter offertur Missa; ut docet D. Thomas¹. — Et constat ex Tridentino², ubi dicitur quod sacrificium Missae non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenitentiae, satisfactionibus et aliis necessitatibus; sed et pro defunctis... rite juxta Apostolorum traditionem offertur. Et rursus³ habetur: *Si quis dixerit Missae sacrificium...*, vel soli prodesse sumenti; neque pro vivis et defunctis, pro peccatis..., offerri debere, anathema sit.

Rogabis 1^o. *An Missa proposit defunctis ex infallibili promissione Christi?*

Negant Canus^{a)}, Sotus et Corduba, apud Salmant.⁴ — Sed verius et communius affirmant Suarez^{b)}; et ipsi Salmant.⁶ cum Azor, Navarro, Henriquez, Dicastro, Petro Soto^{b)}, Fagundez, Philiberto, etc. Ratio, quia, cum sit de fide (ut vidimus ex Tridentino) Missam utiliter offerri pro defunctis, id non potest fieri nisi ex opere operato, id est ex promissione Christi, quae utique habetur in verbis illis Matth. xxvi, 28: *Hic est... Sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur* (in textu graeco legitur: *effunditur*) *in remissionem peccatorum*. Confirmatur ex verbis formae qua ordinantur presbyteri: *Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missasque celebrare tam pro vivis quam pro defunctis, in nomine Domini. Amen.*

Rogabis 2^o. *An Missa de Requie proposit defunctis magis quam Missa de Sanctis?*

¹ Suppl., qu. 71, art. 9. — ² Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 2, i. f. — ³ Loc. cit., can. 3. — *Sotus*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 1, v. *Tertio assequuntur. Cordub.* Quaest. theol., lib. 1, qu. 3, v. *Ideo quarta opinio.* — ⁴ Tr. 5, cap. 2, num. 24. — ⁵ Disp. 79, sect. 10, v. *Nihilominus*. — ⁶ Loc. cit., num. 24. — *Asor*, part. 1, lib. 10, cap. 22, qu. 10. — *Navar.*, de Jobelaeo, notab. 22, a n. 18. — *Henrig.*, lib. 9, cap. 16, n. 1. — *Dicast.*, tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 2, dub. 4, num. 112. — *Fagund.*, de 1^o Praec. Eccl., lib. 8, cap. 11, num. 3. — *Philib. Marchin.*, tr. 3, part. 2, cap. 9, num. 11. — ⁷ Suppl., qu. 71, art. 9,

Respondet S. Thomas⁷, dicens: *Ex parte... sacrificii oblati... aequaliter prodest defuncto, de quocumque dicatur...; sed ex parte orationum, magis prodest illa in qua sunt orationes ad hoc determinatae: sed tamen iste defectus recompensari potest per maiorem devotionem, vel ejus qui dicit Missam, vel ejus qui jubet dici, vel iterum per intercessionem Sancti cuius suffragium in Missa imploratur.*

311. — De effectibus sacrificii Missae. ¹us effectus est *remissio peccatorum*.

— Circa quam,
Quaeritur: *an hoc sacrificium remittat peccata mortalia per se immediate in homine attrito, instar sacramenti Poenitentiae?*

Affirmat Casalius⁸. — Sed oppositum est tenendum, nempe Missam non habere virtutem remittendi mortalia per se immediate, sed solum imprestandi auxilium ad poenitentiam, qua remittantur; ut communiter docent Bellarminus⁹, Tourneley¹⁰, Suarez¹¹, Holzmann¹², Roncaglia¹³, Concina¹⁴; ac Salmant.¹⁵ cum Navarra, Gonet, Azor, Palao et aliis passim: ex D. Thoma¹⁶, ubi ait quod Missa peccata mortalia... delet, non sicut causa proxima, sed in quantum gratiam contritionis... imprestat. Et probatur ex Tridentino¹⁷, ubi dicitur: *Hujus... (sacrificii) oblatione placatus Dominus, gratiam et donum poenitentiae concedens, criminis et peccata etiam ingentia dimittit*. Ergo Deus intuitu

Quomodo Missa de Requie magis proposit defunctis.

Non per se et immediate, sed vi imprestat.

addit loquens de defunctis: «Sicut merita Christi per indulgentias, non nisi ad modum suffragii pervenient, ita forsitan nec sacrificii vis, nisi orationis et suffragii locum habet».

^{b)} Petrus de Soto, de Euch., lect. 7, v. *Secundum*, universaliter scribit: «Hujus sacrificii valor efficaciter quidem et certo solis illis prodest, qui per fidem et caritatem huic sacrificio sunt uniti».

hujus sacrificii immediate placatur, et deinde movetur ad poenitentiae donum concedendum, per quam immediate delentur peccata. Confirmatur ratione: quia sacrificium Missae offertur a Christo summo sacerdote, qui nunc non potest satisfacere, cum non sit viator, et ideo nequit mereri, sed tantum ipse impetrat nobis gratias interpellans pro nobis. Idemque dicendum de culpis venialibus, cum S. Thoma¹; ac Holzmann, Roncaglia, Concina; Suarez, Coninck, Laymann, Palaio, Vasquez et Salmant.² (contra Canum^a) et Valentia, qui volunt venialia remitti per se virtute sacrificii). — Quia, cum venialia sint quedam maculae animae propria voluntate contractae, non tolluntur sine pia animi actione quae venialibus illis repugnet.

². *Immediata remissio poenae homini justo.*

2^{us} effectus hujus sacrificii est per se immediate remittere poenas peccatorum hominibus justis pro quibus offertur. — Ita communiter Suarez³, Palaus⁴, Concina⁵, Wigandt⁶; et Salmant.⁷ cum Gonnet, Coninck, Petro Navarra, Laymann, Gabriele, etc.: ex D. Thoma⁸, ubi ait quod hoc sacramentum, *in quantum... est sacrificium, habet vim satisfactoriam*. Et patet ex Tridentino⁹, ubi habetur: *Animas... in purgatorio detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio, juvari*. Alia autem via defuncti juvari non possunt quam immediata poenarum remissione.

3^{us} effectus est *augmentum gratiae*. — Circa quod,

Quaeritur: *an sacrificium Missae de*

¹ In 4. loc. cit., solut. 1, ad 1. — *Holm.*, de Euch., n. 338. — *Roncagl.*, de Sacr. Miss., cap. 1, qu. 8, resp. 1. — *Concina*, de Sacr. Miss., cap. 3, n. 10. — *Suar.*, disp. 79, sect. 5. — *Coninck*, qu. 83, art. 1, n. 136. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 1, num. 5. — *Gabr.*, a S. Vinc., de Miss. Sacrif., disp. 2, qu. 2, v. *Quaeres* 3. — ⁸ 3 P., qu. 79, artic. 5, corp. — ⁹ Sess. 25, decret. de Purgatorio. — *Leander*, tr. 8, de Sacrif. Miss., disp. 3, qu. 5. — *Cordub.*, lib. 1, qu. 3, dub., v. *Sed utrum de condigno*. — *Machado*, Perfeto Confessor, lib. 4, part. 1, tr. 12, docum. 2, n. 5. — ¹⁰ Disp. 79, sect. 4, v. *Dico* 1. — ¹¹ Tr. 22, punct. 6, n. 5. — ¹² Tr. 5, cap. 3, n. 13. — *Vasq.*, disp. 228, cap. 3, num. 17 et 19. — *Lugo*, de Euch., disp. 19, n. 150. — *Gasp. Hurtad.*, de Sacrif. Miss., disp. 3, diff. 3. — ¹³ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 2. — ¹⁴ Tr. 5, cap. 3, n. 15. — ¹⁵ De Euch., qu. ult., punct. 4.

³II. — ^a) *Canus* videtur utique insinuare peccata venialia directe per sacrificium Missae deleri: nam, de Loc. theol. lib. 12, cap. 12, v. *Errant deinde*, scribit: « Errant... isti in culpis venialibus, quas hoc omnino sacrificio deleri testes sunt et scholae theologi et ve-

se ex opere operato conferat hoc augmentum?

Affirmant Leander, Corduba et Machado. — Sed negandum cum Suarez¹⁰, Palao¹¹; et Salmant.¹², qui citant Vasquez, Lugonem, Hurtadum, Bonacina^b et alios communiter, quia de hoc nullibi fundamentum habetur. — Verius ergo dicendum, per Missam impetrari auxilia ad perficiendos actus, quibus gratia accrescit.

4^{us} effectus est *impetratio honorum spiritualium*; et etiam *temporalium*, quatenus ista animae prosint: ex Tridentino¹³. Vide Salmant.¹⁴.

312. — « Principalis fructus Missae ex opere operato est independens a probitate sacerdotis: a quo pro omnibus, seu vivis seu defunctis, etiam accepto stipendio, applicabilis est. — Estque actu tam intensive quam extensive finitus. « Etsi enim hostia ipsa et principalis offerens, id est Christus, infinite sit Deo gratius, atque ita Deus per hoc sacrificium infinito honore afficiatur; videtur tamen Christi esse voluntas, ut offeratur et prosit tantum ad certum et finitum effectum. Quod etiam patet ex usu et sensu Ecclesiae, dum Missae pro eadem re repetuntur: quod signum est non habere infinitum effectum. — Vide Bonacina¹⁵.

Notandum I^o. Alium esse valorem, alium fructum Missae. — *Valor* est efficacia illa quam habet Missa ex dignitate offerentis et rei oblatae, ad conferenda bona offerenti et iis pro quibus offertur.

Navar., de Restit., lib. 2, cap. 2, n. 352. — *Laym.*, lib. 5 tr. 5, cap. 1, num. 5. — *Gabr.*, a S. Vinc., de Miss. Sacrif., disp. 2, qu. 2, v. *Quaeres* 3. — ⁸ 3 P., qu. 79, artic. 5, corp. — ⁹ Sess. 25, decret. de Purgatorio. — *Leander*, tr. 8, de Sacrif. Miss., disp. 3, qu. 5. — *Cordub.*, lib. 1, qu. 3, dub., v. *Sed utrum de condigno*. — *Machado*, Perfeto Confessor, lib. 4, part. 1, tr. 12, docum. 2, n. 5. — ¹⁰ Disp. 79, sect. 4, v. *Dico* 1. — ¹¹ Tr. 22, punct. 6, n. 5. — ¹² Tr. 5, cap. 3, n. 13. — *Vasq.*, disp. 228, cap. 3, num. 17 et 19. — *Lugo*, de Euch., disp. 19, n. 150. — *Gasp. Hurtad.*, de Sacrif. Miss., disp. 3, diff. 3. — ¹³ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 2. — ¹⁴ Tr. 5, cap. 3, n. 15. — ¹⁵ De Euch., qu. ult., punct. 4.

teres etiam sancti... Ut aperte Christi erga nos providentiam et benignitatem intelligas, qui gravioribus morbis graviorem poenitentiae curationem adhibuit, leviores autem faciliiori sacrificii medicamento curavit».

^b) Bonacina a Salmant. allegatur ex Leán-

Non ex opere operato, sed vi impetratio.

Fructus Missae, quotuplex.

4. Impetratio bonorum spiritualium et temporalium.

Principalis fructus non pendet a probitate sacerdotis.

Est finitus actu.

Valor et fructus, quid.

Fructus autem sunt bona ipsa quae intuitu sacrificii Deus confert. — Unde valo r a fructu differt, velut causa ab effectu.

Notandum II^o. Fructum Missae distinguui ex triplici capite. — Distinguitur enim 1^o. Ex parte causae, id est ex opere operato et opere operantis. Fructus *ex opere operato* est ille qui confertur intuitu meritorum Christi et ejus promissionis: fructus vero *ex opere operantis* est ille qui confertur intuitu meriti et devotionis celebrantis. — Distinguitur 2^o. Ex parte rei, in meritorium, satisfactorium et impetratorium; juxta dicta *n. praeced.* 311. — Distinguitur 3^o. in generalem, specialem et specialissimum. Fructus *generalis* obtinet omnibus fidelibus vivis et defunctis. *Specialis* (ab aliis dictus *medius* vel *ministerialis*) obtinet tam eis pro quibus applicatur, quam assistantibus et concurrentibus ministrando paramenta, lumina ria, hostias, etc. *Specialissimus* demum obtinet soli sacerdoti.

Hic autem magna occurrit Quaestio, valde inter DD. controversa: *An sacrificium Missae infinitum habeat valorem?*

— Duplex adest sententia:

Prima dicit habere valorem actu tam intensive quam extensive finitus, ita ut pluribus applicatum, minus prosit singulis quam si uni tantum applicetur. — Ita cum Busenbaum (ut supra) tenent Scotus¹, S. Bonaventura², Roncaglia^a; item Palludanus, Richardus, Major, Barbosa, Covarruvias et Fagundez, apud Salmant.³ Idemque expresse docet Sotus⁴, ubi ait: *Intentioni* (sacerdotis), *quia est de essentia sacrificii, etiam ex opere operato respondeat certus et taxatus gradus satisfactionis; et ideo quanto in plures illud distribuat, tanto minus singulis obvenit.*

Diversa autem auctores hujus sententiae ratione utuntur. — Alii: quia valor Missae non sumitur ex re oblata, sed ex

¹ Quaest. quodlibet, qu. 20, n. 20. — ² In 4, dist. 45, art. 2, qu. 3, ad ult. — *Patud.*, in 4, dist. 45, qu. 2, art. 2, concl. 4 (n. 18). — *Richard.*, in 4, dist. 45, art. 2, qu. 3. — ³ Major, in 4, dist. 45, qu. 2. — *Barbosa*, de Offic. et Potest. episc., alleg. 24, num. 7. — *Covarr.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 5, num. 6, i. f. — *Fagund.*, de 1^o Praec. Eccl., lib. 3, cap. 2, a. n. 7; cap. 6, n. 8; cap. 8, n. 10. — ⁴ Tr. 5, cap. 3, n. 38. — ⁴ In 4, dist. 13, qu. 2, art. 1, concl. 2. — ⁵ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 1. — ⁶ Cap. 1, post med., (anno 1215 celebrat.); apud Labbe, tom. 13, col. 929. — ⁷ Loc. cit., cap. 2. — ⁸ In 4, dist. 45, qu. 2, art. 4, solut. 3, ad 2. — ⁹ Loc. cit., art. 4, qu. 2, v. *Sed contra*.

dro; sed quidquid dicat Leander, Bonacina in meis saltet editionibus, de Euch., qu. ult., punct. 3, n. 3, hoc plane omittit.

312. — ^a) Roncaglia, de Sacrif. Miss., cap. 1, qu. 7, resp. 2, ita sane docet « in ordine ad satisfactionem. » *Sed resp.* 3, scribit: *Fructus*

detur quod Ecclesia non debuit instituisse ut pro aliquo singulariter Missa vel oratio fieret, sed quod semper diceretur pro omnibus fidelibus defunctis: quod patet esse falsum. — Ratio hujus sententiae probatur ex prohibitione Ecclesiae, quae vetat ne pluribus Missam potentibus uno sacrificio satisfiat. Hinc sacerdos qui a pluribus stipendia accepit, nequit unicam Missam pro illis offerre. Quod utique facere posset, si Missa aequa omnibus ac uni prodesset: sed hoc fuit proscriptum ab Alexandro VII in propos. 10, quae dicebat: *Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendum accipere, et sacrificium unum offerre.*

Secunda vero sententia, a recentioribus hodie communissime recepta, docet valorem Missae esse intensive et extensive infinitum quoad sufficientiam, ratione infinitae dignitatis Christi, qui in hoc sacrificio est victima et principalis offerens. — Dicitur: *Intensive infinitum*; quatenus potest causare fructum majorem et minorem, juxta mensuram dispositionis hominis. *Extensive* autem, quatenus potest infinitos effectus producere, et juvare ita uni soli ac infinitis hominibus. Et ratio

Trident., sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 2. — ¹ Man., tr. 4, de Euch., cap. 12, § 2, v. *Ex his.* — ² De Euch., part. 2, cap. 10, v. *Verior videtur.* — ³ De Monte propitiator.,

medius « bene dici potest infinitus quoad impetracionem. Ratio est, quia impetratio non innititur pacto aut promissioni sicuti satisfactione, sed divinae misericordiae et liberalitatis, quae de se non habent a quo limitentur. »

^{b)} Juenin, *Institut. de Euch.*, qu. 2, cap. 5, concl. 4, haec dumtaxat scribit: « Valor sacrificii Eucharistiae est infinitus secundum sufficientiam, finitus vero secundum efficaciam. »

^{c)} Petrocorensis, *de Euch.*, cap. 11, qu. 8, exponit hanc secundam sententiam; et adductis pro ea rationibus, concludit dicens: « Ex hoc solidissimo sane principio inferunt sacrificii fructum non decrescere ex eo quod pro pluribus offertur ». Quibus utique verbis huic sententiae adhaerere videtur.

^{d)} Concina, *de Sacrif. Miss.*, cap. 3, n. 3 et seqq., dicit valorem Missae infinitum esse quoad virtutem et sufficientiam; finitus vero quoad effectum; et n. 5 addit: « Quid quod si sacrificium Missae reipsa effectum infinitum produceret, aequa prodesset omnibus et singulis ac uni vel alteri...? Praeterea injuste sacerdos applicet sacrificii fructum uni animae, si aequa omnibus prodesset ».

est, quia (ut docet Tridentinum) Missae sacrificium idem est, etsi modo diverso oblatum, cum crucis sacrificio, quod fuit infiniti valoris. — Quoad effectum vero, dicitur hoc sacrificium esse finitum, non jam ex sua institutione, (nempe, ut ait prima sententia, quia fuit a Christo in eo determinatus certus gradus satisfactionis); sed ex finita capacitate hominum pro quibus offertur, quorum unusquisque ubiorem percipit fructum, juxta suam et offerentis dispositionem. Pariter ac etiam fuit sacrificium crucis, quod, esto in genere satisfactionis fuerit infiniti valoris, nullum tamen actu effectum in nobis infinitum operatur; cum se habeat per modum causae universalis supernaturalis, quae operatur juxta subjectorum dispositionem: prout operantur etiam sacramenta, quae, licet infinitam virtutem habent, actu tamen limitate operantur.

Unde, juxta hanc sententiam, Missa aequa prodest singulis pluribus applicata, ac si uni applicetur. — Ita tenent Gonet¹, Habert², Juenin³, Petrocorensis⁴, Pignatelli⁵, Tournely⁶ et ejus Continuator⁷, Concina⁸, Holzmann⁹, Wigandt¹⁰, Bonacina¹¹, Croix¹² cum Suarez¹³, Vasquez,

lib. 4, qu. 9 et 10. — ⁴ Praelect., de Sacrif. Miss., art. 6. — ⁵ De Euch., part. 2, cap. 6. — ⁶ Tr. 12, n. 78. — *Vasq.*, disp. 230, cap. 2, init., et cap. 3, n. 9; et disp. 231, cap. 3.

^{e)} Holzmann pariter, *de Euch.*, n. 321, contrariam sententiam tuetur, inquiens: « Christus... sacrificio Missae, alioquin infinite digne, merita et satisfactiones suas in certa tantum quantitate annectere voluit; quae proinde quantitas in eo minores proportiones dividitur, quo pro pluribus sacrificium offertur ». Quod his verbis iterum confirmat: « Si valor sacrificii esset... infinitus, sequeretur sacerdotem non peccatum contra justitiam, si pro pluribus sacrificiis accipiens stipendum, offeret unum dumtaxat sacrificium, cum unum prodesset aequa, seu tantum quantum plura; atqui sequela est improbabili... ».

^{f)} Bonacina, *de Euch.*, qu. ult., punct. 4, n. 5, dicit valorem generalem Missae ita esse extensive infinitum, ut non tam multis prospicit, quin possit pluribus prodesset; sed n. 6, valorem finitum esse affirmat.

^{g)} Croix, *lib. 6, part. 2, n. 47*, effectum sacrificii finitum esse ait: « Et inde etiam est... quod sacrificium plus prospicit uni pro quo solo offertur, quam prodesse singulis, si pro multis offerretur ».

^{h)} Suarez, *disp. 79, sect. 12, propos. 1*, ait

Finitus
quoad effec-
tum.

Juxta re-
centiores
valori infi-
nitus quoad
sufficien-
tiā.

Silvestro¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Cano¹⁶, Cajetano¹⁷, Navarra et aliis plurimis.

Et pro hac sententia clare est etiam D. Thomas¹⁸, ubi sic ait: *Quamvis... haec oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni poena, tamen fit satisfactoria... illis pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, secundum quantitatem suae devotionis et non pro tota poena*. Nec sibi contradicit S. Doctor in locis supra citatis; nam ubi dicit Missam habere effectum determinatum, sane intelligi debet de determinatione non ex parte Christi, sed subjecti, juxta mensuram suae dispositionis. Ubi autem dicit quod Missa pluribus applicata, minus prodest singulis, non quidem loquitur de Missa uti sacrificio, sed uti suffragio ab Ecclesia instituto, quod effectum certe finitum habet, et ideo quo pluribus illud applicatur, eo minus singulis juvat. Certum enim est quod preces Missae ab Ecclesia institutae magis prosunt alicui, si singulariter ei quam si pluribus a sacerdote applicentur; ut patet ex concilio Constantiensi, ubi damnatus fuit hic articulus Wiclefi: *Speciales orationes applicatae uni personae per praelatos vel religiosos, non plus prosunt eidem quam generales caeteris paribus*.

Nec obstat 1^o, prohibitio Ecclesiae accipiendi plura stipendia pro una Missa.

— Nam respondeatur 1) quod stipendum non datur ut pretium fructus Missae, sed pro sustentatione ministri (ut diximus de *Simonia*, Lib. III, n. 55). Unde, semper ac minister suam habet sustentationem, deficit titulus quo aliud stipendum possit accipere. — Respondeatur 2) quod, cum

¹ Tract. 5, cap. 3, num. 40 et 48. — ² Petr. Navar., de Restitut., lib. 2, cap. 2, num. 268. — ³ 3 P., qu. 79, art. 5, corp. — *Concil. Constant.*, sessione 8, Wiclefi art. 19;

singulos offerentes, quando plures offerentes cum sacerdote concurrunt, integrum fructum accipere; quando vero non adsunt illi offerentes, effectus respondens oblationi sacerdotis ut sic, si pro pluribus offeratur, minutur in singulis, concl. 2; effectus tamen impetracionis, si aequa specialiter offertur pro omnibus, aequa prodest singulis ac si pro uno tantum sacrificium esset oblatum, concl. 3. — Silvester, v. Missa I, quaer. 9, Missam negat prodessere singulis aequaliter, si offeratur « immediate pro multis sive primo »; secus vero, si « immediate sive primo pro singulis ».

sententia opposita non sit improbabilis, non potest sacerdos pro stipendio certo incertum Missae fructum applicare.

Neque obstat 2^o, quod si haec sententia valeret, frustra Ecclesia Missas multiplicaret — Nam respondeatur (ut diximus) quod fructus sacrificii non percipitur juxta suum proprium valorem, sed juxta dispositionem illius cui applicatur; et ex hoc evenit quod quo plures pro uno repetuntur sacrificia, eo plures fructus participatur.

Haec secunda sententia, speculative loquendo, videtur probabilior. At, quia *contraria* adhuc est probabilis, non licet quidem sacerdoti, dum accipit stipendium ab uno, applicare Missam pro illo in generali cum aliis; nisi saltem sub conditione, nempe modo ille non defraudetur¹⁹.

Notandum hic quod sacrificium Missae, in quantum pertinet ad *fructum principale*, tam prodest si offeratur a bono sacerdote quam a malo: cum valor Missae sit ex opere operato pendens a meritis Christi. — In quantum autem pertinet ad *fructum precum* quae in Missa dicuntur, ipsae etiam valent factae a sacerdote peccatore, quatenus hic orat nomine Ecclesiae, quia Ecclesia semper est Deo grata; secus, quatenus orat nomine proprio. Ita S. Thomas²⁰. Hinc dixit Alexander Papa²¹: *Sacerdotes, quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur*.

Censem autem D. Thomas²² quod si celebrans est excommunicatus, *quia est ab Ecclesiae unitate separatus, orationes*

ap. Labbe, tom. 16, col. 120. — ² 3 P., qu. 82, artic. 6. — ³ Can. *Ipsi 91*, caus. 1, qu. 1. — ⁴ Loc. cit., artic. 7, ad 3.

¹⁴ Canus, *de Locis theol.*, lib. 12, cap. 12, v. *Decimum* vero, idem tenet ac Suarez hic superius nota h. — Cajetanus, *in qu. 79, art. 5*, ait Missam habere valorem infinitum; et sic si pro pluribus ad satisfactionem offeratur, aequa valere ac si pro uno dumtaxat offeratur.

¹⁵ Postea tamen, anno scilicet 1769, tum in opusculo *de Caeremoniis Missae*, part. 3, *de Abusibus in accipiendo Missis*, n. 26-28, tum in *Irid.*, sess. 22, n. 22, S. Doctor communiorem vocavit et propugnavit priorem opinionem.

Secunda
sententia,
speculative
probabilior;
prima, pro-
babilis.

Differentia
quoad fru-
ctum, Mis-
sae boni et
mali sacer-
dotis.

eius efficaciam non habent. Et hoc puto verius dicendum, loquendo de excommunicato *vitando*; cum Roncaglia¹, Sporer² et Laymann³ (contra Holzmann⁴; et Croix⁵ cum Soto⁶, Gabriele⁷, Dicastillo⁸, etc.). — Probabiliter vero dicit Laymann cum Avila et communi, secus esse de excommunicato *tolerato*; quia Ecclesia, permittendo quod fideles postulent Missas ab eo, consequenter etiam permettit ut omnino ipsae fructuosae sint postulantibus. Vide n. 309.

« Unde resolvest:

313. - « 1º. Sacerdotes ordinarie peccant graviter, si non aliquoties in anno, saltem ter vel quater, solemnioribus festis celebrent: nisi legitime sint impediti. Ita Silvester, Reginaldus^a, Suarez^b, Coninck et alii communiter: — contra Angles, Bonacina^c, Diana^d; item card. de Lugo^e et Tamburinium^f, qui excusant saltem a mortali: dummodo comunicent in Paschate, absitque contemnitus et scandalum. — Immo ubi Tridentinum est receptum, tenentur ex

mandato episcopi, sub gravi culpa, celebrare saltem dominicis et festis; excusant tamen, si episcopi nullum mandatum extet».

Dubitatur hic 1º. *An sacerdotes teneantur sub culpa gravi aliquando celebrare?*

Prima sententia communior, quam tenent D. Thomas^g, Suarez^h, Laymannⁱ, Bonacina^j, Juenin^k, Holzmann^l, Contin. Tournely^m, Elbelⁿ, Habert^o, Concina^p; et Palaus^q cum Vasquez, Navarro, Valentia, Azor, etc., docet teneri tam ex praeecepto divino quam ecclesiastico. — *Divinum praeeceptum probatur 1º. ex illo Apostoli (ad Hebr. v): Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Probatur 2º. ex verbis Christi (Luc. xxii): *Hoc facite in meam commemorationem.* Quae verba declarat Tridentinum^r continere verum praeeceptum, dicens: *Apostolis... eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praeceperit per haec verba: Hoc facite, etc.* — Praeeceptum

Communius affirmanter oblationem gravem.

Obligatio
celebrandi
aliquoties.

¹ De Sacrif. Miss., cap. 1, qu. 3, resp. 2. — ² Part. 2, cap. 5, n. 322. — ³ Lib. 5, tr. 5, cap. 1, n. 12, v. *Dico* 2. — ⁴ De Euch., n. 324, resp. 2. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 49. — ⁶ Laym., loc. cit. - *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 4, dub. 5, v. *Dico* 1. — *Silwest.*, v. *Missa I*, qu. 7, § *Quartum*. — *Coninck*, qu. 88, art. 2, num. 206 et 207. — *Angles*, Flor., de Euch., qu. 7, de Ministro Euch., diff. 10, concl. 2 et 3. — ⁷ Part. 2, tr. 14, resol. 19. — ⁸ Method. celebrand. Miss., lib. 1, cap. 6, § 2, num. 1. — ⁹ 3 P., qu. 82, art. 10. — ¹⁰ Disp. 80, sect. 1, v. *Haec res dubia*. — ¹¹ Lib. 5, tr. 5,

cap. 8, n. 1. — ¹² De Euch., qu. ult., punct. 7, n. 1. — ¹³ Instit., de Euch., qu. 2, cap. 6, art. 1, concl. 1 et 2. — ¹⁴ De Euch., n. 338 et 339. — ¹⁵ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 1, concl. 1. — ¹⁶ Confer. 18, de Oblig. celebrandi, n. 195. — ¹⁷ De Euch., part. 2, cap. 11, qu. 9. — ¹⁸ De Sacrif. Miss., cap. 8, n. 1, 3 et 6. — ¹⁹ Tr. 22, punct. 12, n. 1. — ²⁰ Vasq., disp. 232 cap. 1. — *Navar.*, Man., cap. 25, num. 88, v. *Vigesimo primo*. — *Valent.*, disp. 6, qu. 10, punct. 3. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 24, qu. 1. — ²¹ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 1.

^a) Sotus non sine formidine id docet; scribit enim in 4, dist. 13, qu. 1, art. 8, v. *De precibus*: « Orationes sacerdotis peccatoris in Missa, quatenus est minister Ecclesiae, esse fructuosas, non videtur praeciosos comprehendere. Qui autem dicere vellet quod Ecclesia praescindendo haereticos, degradatos et alios, non potest facere quin si sacrificent, ejus utantur potestate, etiam in fundendis precibus, quamvis peccent, glossare potest dictum S. Thomae, quod eorum preces nullius sunt efficaciae, quatenus ex eorum devotione promanant; secus, quatenus eas in potestate Ecclesiae offerunt. Tametsi prior solutio gratius litterae S. Thomae arrideat».

^b) Gabriel Biel, *lect. 27, in canon. Miss.*, lit. H, v. *Sed adhuc restat*, loquitur de excommunicato in genere, « quem Ecclesia manifeste prohibuit ne tali legationis officio fungeretur», de quo tamen scribit: *Hoc non obstante, vi suae indelebilis ordinationis, nunquam est Ecclesiae ejusque personam gerit.*

^c) Dicastillus, *tr. 5, de Sacrif. Miss.*, disp. 3, dub. 8, n. 211, omnino probabile esse ait, hujus excommunicati orationes efficaciam habere; licet negativam sententiam non improbatum n. 215, esse asserat.

^d) 313. — ^a) Quin etiam Reginaldus, *lib. 29*, n. 167, mortale esse pronuntiat, si absque legitimo impedimento, « vix ter aut quater in anno celebretur».

^e) Suarez, *disp. 80, sect. 1*, ait rem dubiam et incertam sibi videri; et probabile quidem esse non teneri sub mortali, etsi contraria opinio, « magis pia est et securior et in praxi consulenda, quia revera, et est magis consentanea rationi, et praeterea vix potest sine magno scandalo contrarium fieri».

^f) Bonacina, *de Euch.*, qu. ult., punct. 7, n. 1, videtur id probabile existimare; sed n. 1 et 2, priorem sententiam probabiliorem esse affirmat.

^g) Lugo, *disp. 20*, n. 2, negat utique argumenta, quibus probatur esse mortale, sibi

autem ecclesiasticum probatur ex cap. *Dolentes* 9, *de celebrat. Miss.*, ubi Innocentius III sic dixit: *Dolentes referimus quod non solum quidam minores clerici, verum... aliqui ecclesiarum praelati, circa comedationes superfluas... fere medietatem noctis expendunt.... Sunt et alii qui Missarum solemnia vix celebrant quater in anno, et quod deterius est, interesse contemnunt: et si quando, dum haec celebrantur intersint... intendunt exterius collocutionibus laicorum.... Haec igitur et similia sub poena suspensionis penitus inhibemus, districte praecipientes in virtute obedientiae, ut... officium nocturnum, pariter et diurnum..., studiose celebrent pariter et devote.*

Ratio autem hujus sententiae, quam afferit D. Thomas, est: *Quia unusquisque tenetur uti gratia sibi data, cum fuerit opportunum, secundum illud (II. ad Cor. vi): Exhortamus ne in vacuum gratiam Dei recipias. Opportunitas autem sacrificium offerendi non solum attenditur per comparationem ad fidèles Christi, quibus oportet sacramenta ministrari; sed principaliiter per comparationem ad Deum, cui consecratione hujus sacramenti sacrificium offertur.* — Hinc referunt Palaus¹

¹ D. Thom., 3 Part., qu. 82, art. 10. — ² Tr. 22, punct. 12, num. 1, i. f. — ³ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 1, concl. 1, v. *Confirm. iterum*. — ⁴ In 4, dist. 12, part. 2, art. 2, qu. 1. — *Victoria*, Sum., de Eucharistia, n. 94. —

et [Contin.] Tournely², opinionem Cajetani³, sententem non peccare graviter sacerdotes qui nunquam celebrant, jussu S. Pii V expunctam fuisse ex ejus commentario.

Secunda vero sententia, quam tenent S. Bonaventura⁴ et Cajetanus⁵; item Alensis⁶ et Victoria, apud Palaum⁷; ac probabilem putant Suarez, Palaus et Laymann⁸, dicit, secluso scandalo, sacerdotem praecise ex sua ordinatione non teneri ad celebrandum. Et huic valde adhaeret Lugo⁹, dicens rationes primae sententiae nequaquam convincere. — Ratio hujus secundae sententiae est, quia non constat de praeecepto. Non de divino; nam praeeceptum illud: *Hoc facite, etc.*, non est datum singulis sacerdotibus, sed ipsorum communitat, nempe ut current ne in Ecclesia Dei desit oblatio hujus sacrificii. In textu autem Apostoli: *Omnis namque pontifex*, exprimitur tantum potestas quam singuli sacerdotes habent sacrificandi, non autem obligatio. — Ad praeeceptum vero suppositum in cap. *Dolentes*, respondet Lugo 1º. Quod poena suspensionis respicit solummodo colloquentes in choro. 2º. Quod poena illa non inducit peccatum grave; cum non sit latae, sed ferendae senten-

Alii ne-
gant esse
gravem.

² Tract. 22, punct. 12, num. 2. — *Suar.*, disp. 80, sect. 1, v. *Haec res*. — *Palaus*, tract. 22, punct. 12, num. 2. —

³ De Eucharistia, disp. 20, num. 2. — *Lugo*, loc. cit., num. 6.

esse convincentia; sed addit hodie, ratione scandali « vix posse » excusari a mortali sacerdotem nunquam in anno celebrantem.

^e) Et sane, in editione Romana anni 1570 operum S. Thomae Aquinatis, in 3 P., qu. 82, art. 10, desideratur opinio Cajetani de hoc quaesito; et solum in ejus commentario habetur, sacerdotem peccare si totaliter a celebrando abstineat. In editionibus vero vetustioribus, ut est editio anni 1533 (Venetiis, in aedibus Luceantonii Junte Florentini, in fol.) Cajetanus aliud movebat quaestionem: « Altera difficultas est, inquietabat, an peccatum hujusmodi omissionis sit peccatum mortale. Et est ratio dubii, quia nec omne praeeceptum affirmativum, nec omne praeeceptum negativum obligat ad mortale; nec apparent qua ratione caritatis contrarietur talis omissionis, quamvis appareat quod contrariatur fervori caritatis; ex negligientia enim quadam, quae in tempore caritatis consistere videtur, talis provenit omissionis. — Breviter apparent mihi peccatum hoc esse secundum se veniale, utpote oppositum non ipsi caritati, sed ejus fervori. Attestatur autem huic sententiae diversitas opinionum de licita vel illicita hac omissione: parum enim a licto discedere videtur quod creditum est a doctoribus esse licitum ».

^f) Alensis, part. 4, qu. 11, membr. 2, art. 4, § 1, *Quaest.*, in resp. ad 4, negat peccare mortaliter eum, qui ob reverentiam a celebrazione omnino cessaret, nisi contrarium ipsi a superiori injungeretur. Sed in corp., discursum ita concludit: « Nec omnino est desistendum, neque ab immolatione neque a communione; neque sine magna sui probatione et dijudicatione est ad hoc accedendum ».

^g) Laymann, lib. 5, tr. 5, cap. 3, n. 1, videtur utique hanc secundam sententiam ut probabilem agnoscere, cum dicat eam esse « gravium etiam auctorum ». — Et his auctoribus qui probabilem reputant, accensendum est etiam Azor, loc. cit.

iae. 3º. Quod ibi textus circa Missarum celebrationem loquitur tantum de praefatis ecclesiarum.

Ad rationem autem D. Thomae responderi posset, ex ea non inferri praecipuum, sed tantum consilium, juxta verbum Apostoli *exhortamur*. Et ideo plures ex hujus sententiae auctoribus non eximunt sacerdotem, nunquam celebrantem in anno, saltem a culpa veniali, propter bonum quo privat se et Ecclesiam; eximunt vero a mortali. — Dicit autem Palaus¹ S. Pium expunxisse opinionem Cajetani, non ut falsam, sed ut minus probabilem et contrariam sententiae D. Thomae.

His tamen non obstantibus, ego cum Salmant.²) *prima* sententiae, ut longe communiori et tutiori, me subscribo. Tanto magis quia ipse Lugo³ ait, sacerdotem negligenter celebrare in anno, hodie non posse⁴ excusari a peccato gravi ratione scandali; quia hoc esset signum malae conscientiae. Immo Suarez⁵ hoc merito sentit etiam de sacerdote non celebrante per diuturnum tempus, puta per sex vel octo menses; ut dicunt Palaus⁶ et Salmant.⁷ Ex quo tandem concluditur sententiam oppositam, saltem propter scandalum, *vix esse practice probabilem*.

Dubitatur 2º. *Quoties in anno teneatur sub gravi quisque sacerdos celebrare?* In hoc doctores valde discrepant.

D. Thomas⁸ sic ait: *Unde sacerdoti, etiamsi non habeat curam animarum, non licet omnino a celebratione cessare;*

¹ Tr. 22, punct. 12, num. 2. — ² De Euch., disp. 20, n. 13. — ³ Disp. 80, sect. 1, v. *Haec res.* — ⁴ Loc. cit., n. 3. — ⁵ Tr. 5, cap. 5, n. 44. — ⁶ S. P., qu. 82, art. 10. — ⁷ Sotus, in 4, dist. 13, qu. 1, art. 10, v. *At vero cum sit.* — ⁸ De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 1, num. 6 (al., sezione 2, cap. 1, § 1, v. *Passando ai giorni.* — ⁹ Institut., de Euch., qu. 21, concil. 2. — ¹⁰ De Euch., part. 2, cap. 11, qu. 10, resp. 1. — ¹¹ De Sacrif. Miss., cap. 8, n. 1. — ¹² Sess. 23,

sed saltem videtur quod celebrare teneatur in praecipuis festis, et maxime in illis diebus in quibus fideles communicare consueverunt. — Haec autem praecipua festa explicat Sotus apud Benedictum XIV⁹ intelligi de Nativitate Domini, Paschate et Pentecoste, in quibus ait olim fideles consueisse communicare. Sed Juenin⁸ his addit festa Ascensionis, Corporis Christi, Nativitatis Beatae Virginis Mariae, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis.

Immo Merbesius⁹ et Habert¹⁰ sentiunt obligari ad celebrandum singulis dominicis et festis, praesertim solemnioribus. Et idem sentit Pater Concina¹¹, dicens: *Qua lege fideles urguntur interesse sacrificio, eadem sacerdotes tenentur offerre.* Id colligunt ex Tridentino¹², ubi habetur: *Curet episcopus, ut ii (sacerdotes) saltem diebus dominicis ac festis solemnibus.... Missas celebrent.* [Contin.] Tournely¹³ autem sic ait: *Gravis peccati suspectos esse tot sacerdotes, qui semel in anno.... celebrant.*

Alli tandem cum sententia longe communiori sentiunt, sacerdotes non teneri ad celebrandum, nisi ter vel quater in anno, in festis solemnioribus. Ita Busenbaum (ut supra) et Navarrus¹⁴; Laymann¹⁵ cum Soto, Richardo¹⁶, Paludano, Silvestro et Valentia; ac Elbel¹⁶ cum Scoto¹⁷, Gobat¹⁸ et Anacleto. — Immo Suarez¹⁷, Lugo¹⁹, Bonacina²⁰ et Holzmann²¹ dicunt sufficere, si celebrent ter vel quater in anno quibuslibet diebus. Et non immerito

Probabiliter satis
celebrare
ter aut
quater
quibuslibet
diebus.

de reform., cap. 14. — ¹² De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 1, concl. 1, v. *Ex his colliges.* — ¹³ Man., cap. 25, n. 88, v. *Vigescimus primo.* — ¹⁴ Lib. 5, tr. 5, cap. 3, num. 1. — ¹⁵ Sotus, in 4, dist. 13, qu. 1, art. 10, v. *At vero cum sit.* — ¹⁶ De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 1, num. 6 (al., sezione 2, cap. 1, § 1, v. *Passando ai giorni.* — ¹⁷ Institut., de Euch., qu. 21, concil. 2. — ¹⁸ Summa, part. 3, de Sacrif. Miss., qu. 21, concil. 2. — ¹⁹ De Euch., part. 2, cap. 11, qu. 10, resp. 1. — ²⁰ De Sacrif. Miss., cap. 8, n. 1. — ²¹ Sess. 23,

²² Salmant., tr. 5, cap. 5, n. 43, de prima sententia dicunt: « Magis pia, securior et in praxi consulenda ».

²³ Lugo ait: « Vix posse » ab istiusmodi gravi peccato excusari.

²⁴ Richardus de Mediavilla, in 4, dist. 13, art. 2, qu. 2, obligat ad celebrandum *aliquoties*; quod ita explicat: Qui « loco et tempore debito et convenienti, habita opportunitate et dispositione, non vult uti, sed notabiliter negligit, peccat ».

²⁵ Elbel allegat Scotum, sed videtur esse mendum pro Soto; nusquam enim apud Scotum id reperire potui.

²⁶ Gobat, tr. 3, n. 482, obligat ad celebrandum aliquoties in anno ».

²⁷ Lugo, de Euch., disp. 20, n. 13, id habet, « retenta sententia de obligatione celebrandi ».

²⁸ Holzmann, de Euch., n. 343, rigidus loquitur dicens: « Mortaliter peccaturum sacerdotem qui, cessante legitimo impedimento,

id probabile putant Salmant.¹ cum Soto Toleti², Vasquez, Azor, Henriquez, Gavanto, Hurtado, etc.: modo servetur debita distantia prout dictum est in fine primi Dubii. Et haec sententia est conformis decreto S. C. Concilii, edito mense Novembr. 1696 (apud Monacelli³), ubi dictum fuit: *Qui sine justa causa ter vel quater in anno non celebraret, cum peccet mortaliter, posset ab episcopo... puniri⁴.*

Dicunt tamen Salmant.⁵ cum Tamburinio et Garcia, quod *sacerdotes religiosi* tenentur saltem singulis mensibus celebrare; quia omnes religiosi sive moniales (ut praecipitur in clem. 1. *Ne in agro, § Sane, de statu monach.*; et idem dicitur de monialibus in Tridentino⁶) tenentur in singulis mensibus confiteri, et prima dominica mensis communicare, nisi abstineant ex iudicio paelati vel confessarii. — Sed ex hoc textu video induci obligationem tantum communicandi semel in mense, non autem celebrandi. Praeterquam quod non improbabiliter docet Suarez⁷, haec decreta non exprimere clare praecipuum, sed dumtaxat consilium, dum ibi⁸ tantum dicitur: *Ad confessionem.... accedant.... et.... communicent.* Unde Tridentinum⁹ (ubi in margine notatur praefata clementina) sic ait: *Attendant diligenter episcopi et caeteri superiores mon-*

nasteriorum sanctimonialium, ut in constitutionibus earum admoneantur (nota) sanctimoniales, ut saltem singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, et sacrosanctam Eucharistiam suscipiant. Unde concludit Suarez: *Nisi speciale votum intercedat, aut nisi ex instituto religionis constet constitutiones.... obligare sub mortali, nulla talis est rigorosa obligatio.*

Parochos autem dicit Habert¹⁰ teneri celebrare non quotidie, sed saepius quam dominicis et festis. — Sed communiter et verius dicunt alii teneri ad celebrandum tantum diebus festis, in quibus tenentur parochiani Missam audire; cum haec obligationes sint correlativa: in quibus enim diebus tenetur populus Missam audire, tenetur parochus illam celebrare¹¹.

Ita Navarrus¹², Bonacina¹³, Azor¹⁴; et Barbosa¹⁵ cum Graffio, Homobono, Molfesio, Villalobos, Diana, Fagundez, Philiberto Marchino, etc.; ex concilio Tridentino¹⁶, ubi dicitur: *Si autem curam habuerint animarum, tam frequenter ut suo muneri satisfiant, Missam celebrent.* Satis igitur munus suum implent, si sacrificant quoties populus Missam audire debet. Et hujus sententiae est etiam Benedictus XIV¹⁷.

Quoad autem *episcopos*, dicit Habert¹⁸, *ex cap. ult. de privil. in 6º, eos non de-*

*Quid de
episcopis.*

¹ Tr. 5, cap. 5, n. 44. — ² Sotus, in 4, dist. 13, qu. 1, art. 10, col. penult. — ³ Vasq., disp. 232, cap. 1, num. 11. — ⁴ Azor, part. 1, lib. 10, cap. 24, quater. 1, i. f. — ⁵ Henríg., lib. 9, cap. 23, n. 2. — ⁶ Gavant., part. 3, tit. 12, num. 6. — ⁷ Gasp. Hurtad., de Sacrif. Miss., disp. 4, diff. 1, v. *Sotus vero et § seq.* — ⁸ Formular., part. 1, tit. 5, formul. 9, n. 15. — ⁹ Tr. 5, cap. 5, n. 44. — ¹⁰ Ascan. Tambur., de Jure abbat., tom. 2, disp. 5, qu. 5, num. 3. — ¹¹ Hieron. Garcia, Suma moral, tr. 3, diff. 2, dud. 1, n. 20. — ¹² Sess. 25, de regular., cap. 10. — ¹³ Disp. 70, sect. 2, v. *Dico I.*, i. f. — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ De Euch., part. 2, cap. 11, qu. 10, resp. 2, i. f. — ¹⁶ Man., cap. 25, n. 134. — ¹⁷ De Euch., qu. ult., punct. 7,

non saepius ac quater per annum celebraret ». Si tamen saepius celebret, « quibuscumque tandem diebus id faciat », non peccat mortaliter.

¹⁸ Toletus non satis accurate a Leandro, de Sacrif. Miss., disp. 5, qu. 2, (a quo Salmant. citationem mutuati sunt) allegatur; scribit enim: « Plures sunt doctores et graves, qui tenent quod ter aut quater in anno celebrare debet, saltem festis solemnibus, quibus solent fideles communicare: et oppositum facere est peccatum mortale ».

¹⁹ Utrum vero authentica sit ista decla-

ratio in Tortonen., ut ait Monacelli, mihi dubium est; reperio enim apud Pallottini, v. Missa, § 7, n. 39, hanc aliam, et quidem contraria declarationem: « Verum sacerdotes legitime non impediti non possunt cogi ab episcopo per censuras vel alias poenas ad celebrandum, sed tantum hortari ».

²⁰ In citata scilicet clementina.

²¹ Haec sententia intelligenda est *per se*, scilicet seclusa alia obligatione aut praecipto, uti non pauci ex citatis auctoribus explicant. Praeterea, Barbosa et Graffius dicunt parochum teneri celebrare *saltem* diebus festis.

cere ullam diem transigere sine Missa, remota rationabili causa. — Sed advertendum quod textus non loquitur absolute de celebratione, sed vel de celebratione, vel de auditione Missae.

314. — « 2º. Etsi in ecclesiis cathedralibus, collegiatis et conventualibus (ubi est competens sacerdotum numerus) quotidie debeat una saltem Missa privata celebrari et altera cantari, peccent que mortaliter dictarum ecclesiarum rectores ^{a)}, si in hoc deficiant (Suarez, Coninck, Laymann, Marchinus, etc.): — non esse tamen mortale (praescindendo a peculiari obligatione talis ecclesiae) semel vel bis in hebdomada omittere alterutram, docet Tamburinius ¹; ut neque si in ecclesiis collegiatis die festo cadente in feriam privilegiam (v. gr. vigiliae, quatuor temporum, quadragesimae vel rogationum) Missa solemnis de feria post Nonam canenda semel omittatur. — Ibid. ^{b)}, ex Abbe ^{b)}, Mar- chino ^{b)}, etc. ».

Circa Missam conventualem, vide sancta a nostro Pontifice Benedicto XIV, n. 326.

^{a)} Quomodo peccet non applicans vel differens Missam.

« 3º. Peccat graviter qui tenetur pro alio offerre Missam, fructum tamen principalem applicat aliis. Quia id alii est fraudi in re gravi ».

315. — « 4º. Graviter peccat: 1º. Qui ad Sacrum ex justitia obligatus, illud diu differt; quia magno fructu alterum

¹ Method. celeb. Miss., lib. 1, cap. 6, § 2, num. 4. — ² Method. celeb. Miss., lib. 3, cap. 1, § 9, n. 10. — ³ Regn., lib. 23, n. 236. — ⁴ Exam., part. 3, cap. 5, § 9, n. 4. — ⁵ De Euch., qu. ult., punct. 7, § 2, n. 1. — ⁶ De Matr., lib. 1,

privat (Silvester ^{a)}, Reginaldus ^{a)}, Fernandez ^{a)}, etc.): multoque magis, si plane omittit; teneturque hoc casu ad stipendiis restitutionem. Tamburinius ². — 2º. Si quis accipiat plura stipendia, quibus non nisi post longum tempus possit satisfacta cere. Ratio eadem est. Silvester ^{a)}, Reginaldus, Fernandez ^{a)}. — 3º. Qui Sacrum animo se obligandi promisit et non praestat (Bonacina ⁴): etsi probabile sit, hoc non esse mortale, ut habet Sanchez ⁵. Vide Diana ⁶, ubi citat Cajetanum ^{b)}, Vasquez ^{b)}, Hurtadum etc., affirmantes quod, qui pluribus Missam gratis promisit, possit unica satisfacere: quod tamen alii communiter negant ».

316. — Quoad stipendium Missae, refert aliqua praenotare sapienter tradita ab eruditissimo nostro Pontifice Benedicto XIV in suis Operibus de Synodo, de Missa, etc. — Olim fideles sacerdotibus offerebant panem et vinum pro sacrificiis: in quibus quod supererat, in usum cedebat ipsorum sacerdotum et clericorum. Deinde permissum fuit offerri etiam oleum, spicas, uvas et similia. Demum permissum etiam offerri pecunias, quae prius non applicabantur sacerdotibus, sed mittebantur in arcam, distribuenda in sustentationem ministrorum et pauperum; sed successu temporis traditae sunt ipsis sacerdotibus, ut pro offerentibus Missas applicarent. Quod alias merito approbavit Ecclesia, contra Wiclefistas, qui id im-

Historicae notiones de stipendio.

disp. 5, n. 17 et 25. — ⁶ Part. 2, tr. 17, resol. 9; part. 4, tr. 4, resol. 196; part. 5, tr. 14, resol. 81. — Gasp. Hurtad., de Sacrif. Miss., disp. 4, diff. 15, v. *Quod autem sacrificium*. — Bened. XIV, de Synodo, lib. 5, cap. 8; de Missa, lib. 8, cap. 21.

314. — a) Ita sane docent Suarez, disp. 80, sect. 2, v. *Dico 2*; Coninck, qu. 83, art. 2, n. 203 et seqq.; Laymann, lib. 5, tr. 5, cap. 3, n. 5; Marchinus, tr. 3, part. 2, cap. 30, n. 5 et 6, de obligatione procurandi ut Missa celebretur quotidie in dictis ecclesiis, si sacerdotum numerus id permisit: nullus tamen ex his auctoribus, quidquid dicat Busenbaum, obligat ad duas quotidie Missas ibidem celebrandas.

b) Thomas Tamburinius, quidquid dicat Busenbaum, hos auctores non citat pro exposta sententia, sed solum pro opinione quae vult adesse obligationem cantandi in dictis fieri utramque Missam; quam quidem obligationem gravem esse dicunt Ascanius Tamburinius, *de Jure abbatum*, tom. 2, disp. 5,

qu. 9, n. 37; et Marchinus, loc. cit., n. 7; dum contra Thomas Tamburinius, loc. cit., n. 6, negat mortale esse si id omittatur, quia manifeste non constat, inquit, de tam rigoroso praecerto.

315. — a) Silvester, v. Missa I, qu. 10, i. f., habet id quod sub 3 ponitur a Busenbaum; Reginaldus autem, lib. 23, n. 236; et Fernandez de Moure, Exam., part. 3, cap. 5, § 9, n. 4, quod sub 2.

b) Cajetanus et Vasquez, non a Diana, sed ab Hurtado, disp. 3, diff. 8, citantur, et quidem pro ratione tantum hujus sententiae: quod scilicet Missa pro pluribus oblata tantum singulis prosit ac si pro uno offerretur; et ita sane tenent Cajetanus in 3 P., qu. 79, art. 5; Vasquez, disp. 231, cap. 3.

probant; nam, ut docet D. Thomas ¹: *Sacerdos non accipit pecuniam quasi premium consecrationis Eucharistiae....: hoc enim esset simoniacum; sed quasi stipendum suae sustentationis*. Et hoc est juxta illud Apostoli I. Cor. ix, 13: *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt edunt; et qui altari deserunt, cum altari participant?*

Sed quamvis res ita se habeat, hinc tamen erupit avaritia sacerdotum, qui propter hoc lucrum pluries in die celebrabant: propterea id prohibuit Innocentius III ². — Sed huic prohibitioni alia successit nequitas; etenim sacerdotes in eadem Missa tot hostias consecrabant, quot erant eleemosynam offerentes. — Alii vero Missam diei legebant ter vel quater, usque ad offertorium; deinde tot secretas iterabant, quot orationes legerant; et tandem sub uno canone Missam perficiebant, tot repetitis collectis in fine, quot initio recitaverant: et sic pro numero repetitionum accipiebant stipendia; vocabanturque hae Missae *bifaciatae* et *trifaciatae*. Sed ipsae adhuc fuerunt eliminatae.

Postea alii plures errores in medium irreperunt, qui ab Alexandro VII fuerunt proscripti in propos. 8, 9 et 10, quas referemus n. 318 et 321.

¹ 2a ^{2a}, qu. 100, art. 2, ad 2. — ² Cap. Consulisti 3, de celebrat. Missar. — ³ Silvest., v. *Simonia*, qu. 3, § *Tertia regula*, i. f. - ⁴ Jacob. de Graff., *Decis. aur.*, part. 1, lib. 2, cap. 96, num. 32. — ⁵ Lib. 21, de Sacrif. Miss., n. 590. — ⁶ Disp. 86, sect. 3. — ⁷ De Euch., disp. 21, n. 18. — ⁸ De Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, n. 4. — ⁹ De Euch., part. 2, cap. 9,

317. — a) Cajetanus, in 2am 2ae, qu. 100, art. 2 et 3, dub. 1, v. f., et v. *Patet 3*, cum duplice distinctione loquitur. Et primo quidem de *stipendio sustentationis*, de quo negat posse pacisci sacerdotem divitem; sed posse accipi ait, si gratuito detur vel ex auctoritate superioris: deinde de *stipendio ex operarum locatione*, quod absque ulla distinctione pauperis aut divitis, accipi posse ait, non quidem ratione ipsius celebrationis, sed ratione circumstantiarum, quae celebrationi sunt annexae.

b) Gersonius, Thomassinus et Navarrus manifeste rem innunt. — Gersonius enim, *de Vita spir.*, lect. 4, coroll. 14, propos. 6, absque ulla pauperis aut divitis distinctione, licetum esse ait accipere stipendium pro sustentatione, quia nemo tenetur suis stipendiis militare. — Et Thomassinus, *Vetus et nova Eccles. disci-*

plina, part. 3, lib. 3, cap. 4 et seqq., ait beneficium qui patrimonium habet posse nihilominus beneficii fructus percipere. — Navarrus denique, *Man.*, cap. 23, num. 102, v. *Sexto*, negat in universum simoniam esse, aliquid dare vel accipere pro ministri sustentatione, « quod procul dubio, inquit, procedit in sustentatione necessaria quoad utrumque forum, et etiam in non necessaria, quoad forum conscientiae ».

c) S. Thomas, *Quodlib. 6*, art. 10, utique favet, dum de decimis loquens: « Quamvis sacerdos sit dives, inquit, nihilominus pauper tenetur ei decimas solvere ». Sed in 2a 2ae, qu. 100, art. 2, ad 2, licetum esse ait aliquid accipere pro Missae celebratione, « quasi stipendium suae sustentationis, ut dictum est ». At in corpore articuli id concesserat « tamquam stipendium necessitatis ».

extensem affert Pater Lacroix¹; et signanter² legitur decretum, ubi sic sancitum fuit: *Eleemosynas... manuales et quotidianus ita demum... (sacerdotes) accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; alioquin omnino abstineant*. Sed cum inde quaesitum fuisset, an qui non satisficerint oneribus suscep- tis, possint nova onera suscipere; eadem Sacra Congregatio, auctoritate ejusdem Urbani (vide apud eundem Croix³) declaravit decretum non intelligi absolute, sed sacerdotes posse... *nova etiam onera suscipere..., dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere*.

Sed hic Dubium fit: quantum temporis spatium intelligatur per illud *modicum tempus*?

Certum est⁴. Peccare sacerdotem, si petitat Missam pro aliqua urgente gratia impetranda, puta pro felici partu, evadendo periculo, lite vincenda, etc., ille omittat celebrare intra tempus celebratio- ni aptum. Ratio, quia (ut bene ait Lugo⁴) circumstantia temporis tunc pertinet ad substantiam rei petiae; unde, transacto eo tempore, merito ajunt Roncaglia⁵ et [Contin.] Tournely⁶, quod sacerdos tene- tur stipendum restituere, etiamsi postea

Missae petenti- auge- stia celebra- nta tem- pus aptum.

Alias re- stituendum, et donator monendus de non cele- bratione.

¹ Lib. 6, part. 2, n. 68. — ² Loc. cit., n. 68. — ³ Loc. cit., n. 98. — ⁴ De Euch., disp. 21, n. 45. — ⁵ De Sacrif. Miss., cap. 7, qu. 10, resp. 2. — ⁶ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 9. — ⁷ De Euch., disp. 21, n. 45. — ⁸ S. C. C., in bulla *Nuper*, loc. cit., ad 12. — ⁹ Tom. 2, declarat. ad const. 9 Urbani VIII, ad 10. — *Arriaga*, de Sacram.,

celebraverit. Immo recte addit Sporer⁸ non sufficere si stipendium restituatur; sed monendum esse insuper eum qui stipendium dedit de Missis tempore apto omissis. — Certum est⁹. quod si quis tibi det eleemosynam ut celebres pro ipso in festivitate hodierna, peccas si postea Sacrum facias; quamvis admittat Lugo¹⁰ posse illud facere die crastina¹¹. — Certum est¹². te non peccare diffe- rendo, si dans eleemosynam, auditio im- pedimento, consentiat in dilationem; ut explicavit Sacra Congregatio.

Præcisus autem his casibus, laxe dixit Peyrinus¹³, modicam esse dilationem trium annorum; vel sex mensium, ut censuit Arriaga. — Necnon nimiam puto dilationem trium mensium, quidquid dicant Pasqualigo¹⁴, Renzi¹⁵ et Tamburinius¹⁶: qui male citat pro hac opinione Lugonem¹¹ cum Ledesma¹⁷ et Villalobos. — Nam ibi Lugo approbat doctrinam præfatorum auctorum, dicentium spatium tantum duorum mensium esse modicum; et sic etiam sentiunt Garcia, Philibertus, Ripa¹⁸, Cor- bulus¹⁹, etc., apud Salmant.²⁰ Idque col- ligunt ex can. *Praesentium, caus. 7, qu. 1*, ubi pastor, absens a sua ecclesia per duos menses, non dicitur suae ecclesiae de- fuisse²¹; et ex Tridentino²², ubi spatium

⁸ Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 9, n. 4. — ⁹ De Euch., disp. 21, num. 34. — *Villal.*, part. 1, tr. 8, diff. 18, num. 2. — *Hieron. Garcia*, Suma moral, tr. 3, diff. 10, dud. 8, n. 4. — *Philib. Marchin.*, tr. 3, part. 2, cap. 31, n. 5. — ¹⁰ Tr. 5, cap. 5, n. 57. — ¹¹ Sess. 23, de reform., cap. 1.

tis in celebrando, et veluti ad commoditatem celebrantis²³; si vero simpliciter absque temporis determinatione, censem, n. 7, bimestre esse modicam dilationem.

²⁴ Petrus de Ledesma, *Sum. de Euch.*, cap. 18, concl. 17, arbitrio prudentis relin- quendum esse ait, addens sancte et religiose sanciri in Praedicatorum ordine, ne ultra quinquaginta Missarum numerum religiosus ullus admittat.

²⁵ Ripa, in leg. Si insulam, n. 36, ff, de verbor. obligat.; Corbulus, de *Emphyt.*, *Causa privationis* 15, limit. 41, n. 25, assignant bimestre ut modicum spatium ad purgandam moram in emphyteusi.

²⁶ Si nempe ex manifestae aegritudinis causa id fuerit. Unde non videtur ad rem, ut scire notat S. Alphonsus; sicut neque Tridentinum, quod habet duos vel ad summum tres menses, ut modicum tempus.

Missae petenti- auge- stia celebra- nta tem- pus aptum.

Consensus dantis ex- cusat.

Opiniones de modica dilatione.

Pro de- functis dilatione unius mensis, gra- vis.

Quid de Missis datis communia- tati.

duorum mensium modicum reputatur. Ista paritates mihi non satisfaciunt: nihilominus probabile videtur id quod dicit Lugo¹⁰, nempe nequaquam peccare sacerdotem, qui dicit Missam promissam infra duos menses. Et hanc sententiam approbat etiam [Contin.] Tournely¹, asseritque esse communem, sic dicens: *Potest quis Missarum stipendia ad menses duos ac- ceptare; prout cum communi diximus Tom. I, de Orat., pag. 615, v. Censuit.*

Unde rationabiliter putat Pater Con- cina², dilationem duorum mensium non esse modicam, ex declaratione S. Congre- gationis ejusdem Concilii, edita 17 Julii 1655 (quam refert Benedictus XIV³), ubi immo dictum fuit, *modicum tempus non reputandum spatium duorum vel trium mensium, sed intelligi infra mensem*.

In Missis autem pro defunctis, dilationem unius mensis merito gravem reputant Salmant.⁴, Palau⁵, Escobar⁶. Et ab hac sententia non dissentunt Sporer⁷ Roncaglia⁸, Tournely⁹ et Croix¹⁰: dum dicunt Missas pro defunctis citius cele- brandas quam pro vivis.

Advertit autem [Contin.] Tournely⁸ quod, cum Missae traduntur celebrandae alicui communia- tati plurium sacerdotum, tunc praesumitur qui dat eleemosynam pro multis Missis, velle citius eas cele- brari. Hoc tamen non intelligendum quod omnes sacerdotes illius communia- tatis de- beant se occupare in satisfaciendis hu- jus.

¹ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 9, v. Quae autem. — ² De Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, num. 24 (non tam citat declarationem S. C.). — ³ Notificat. 56, num. 14. Cfr. etiam Pallottini, v. *Missa*, § 2, n. 3, ubi S. C. plures idem declarasse refertur. — ⁴ Tr. 5, cap. 5, num. 57. — ⁵ Tr. 22, punct. 14, num. 11, i. f. — ⁶ Lib. 21, num. 161. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 155. — ⁸ De Orat., cap. 2, art. 7, i. f., v. Censuit. — ⁹ De Euchar., n. 381, v. f. — ¹⁰ Tr. 22, punct. 14, n. 2. — ¹¹ Part. 2, cap. 5, n. 353. — ¹² De Euch., cap. 4, qu. 40. — ¹³ Tr. 5, cap. 5, num. 39. — *Hirincx*, disp. 8, de Sacrif. Miss., n. 180. — *Pelliz.*, tr. 5, cap. 9, n. 20.

modi Missis; sed quod non debeant tam- diu differre, quamdiu oporteret si Missae illae uni committerentur.

Hinc dico tunc posse totum numerum distribui in singulos communia- tatis, vel saltem in majorem ejus partem, si illa numerosior sit: et hac distributione facta, tota communia- tatis poterit intra tan- tum temporis satisfacere, quantum con- cederetur unicuique communia- tatis pro sua rata satisfacienda. Bene enim ait Holzmann⁹, quod has numerosas Missas committentes facile prævidere possunt quod communia- tatis alias habeat obliga- tiones¹⁰.

Quaeritur³. *An sacerdos omittens ce- lebrare Missam peccet graviter, si stipendium pro illa acceptum non sit materia gravis?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Palau¹⁰, Sporer¹¹, Elbel¹², Renzi¹³; et Salmant.¹⁴ cum Herincx, Pellizzario, Sanctio¹⁵, Fagundez¹⁶, etc. — Ratio, tum quia gravitas materiae hic non est pen- sanda ex fructu spirituali Missae (alias omittens quilibet orationem promissam graviter peccaret), sed ex damno illato, quod in hoc casu per se non censetur grave, cum illud levi stipendio redimi possit; tum quia hujusmodi damnum spi- rituale non videtur grave in aestimatione hominum, cum ex omissione unius Sacri promissi non reputentur homines gravem injuriam pati.

¹¹ S. Cong. Conc., decreto *Ut debita*, diei 11 Maii 1904, aliisque subsequentibus declara- tionibus, terminos, intra quos Missae manuales vel ad instar manualium celebrandae sunt, determinavit. Decretum istud et relatives declarationes lector reperiet adnexa velut ap- pendicem huic tractatui de Eucharistia, post num. 424.

¹² Elbel, confer. 18, de *Oblig. celebrandi*, n. 217, ita profecto docet, « si is qui præbuit stipendium fuit saltem mediocriter dives ». — Thomas Sanchez, de *Matr.*, lib. 1, disp. 5, n. 24 et 25; Fagundez, de *1 Praec. Eccl.*, lib. 3, cap. 8, n. 11, loquuntur de Missa amice et liberaliter promissa, et negant

Si stipen- dium est leve, omis- sio Missae levius, juxta alios.

Probabilis tunc omissio Missae gravis.

Secunda vero sententia probabilius affirmat: et hanc tenent Holzmann¹; Croix² cum Aversa; Roncaglia³ cum Passerino; et Petrus Navarra, Stephanus ac Bonae-spei, apud Salmant.⁴ — Ratio, quia gravitas materiae probabilius hic est mensuranda, non in ordine ad stipendium, sed ad fructum Missae quo privatur eleemosynam tradens, cui ex hujusmodi privatione certe grave damnum infertur. Prout si, v. gr. dato exiguo stipendio, tu fossorem conduceres ut tibi aditum aperiat ad aquam pluviam in tuum agrum inducendum, non levius damni causa ille tibi erit, si operam suam ponere neglegit. — Nec valet dicere quod tale damnum levi stipendio redimi potest. Nam redimi utique posset, si alter qui stipem tradidit, certior fieret de omissione Missae; alias, si manet inscius, certe non poterit damnum illud redimere. Quod autem tale damnum in aestimatione hominum leve reputetur, hoc non satis probatur; interim de se grave est.

Quaeritur 4^o. *An autem peccet graviter omittens dicere unicam Missam gratis promissam?*

Affirmant Concina⁵; Navarrus⁶; Ledesma⁷ et Bonacina, apud Renzi⁸: ob-

eamdem rationem, ut supra, quia per tam omissionem grave damnum spirituale promissario infertur.

Sed probabilius negant Croix⁹, Elbel¹⁰, Roncaglia¹¹, Sanchez¹², Diana¹³; Sporer¹⁴ cum Cajetano¹⁵, Molina¹⁶ et Suarez¹⁷; ac Renzi¹⁸ cum Fagundez, Portello ac Pellizzario. — Ratio est: vel quia simplex promissio non obligat sub gravi, ut hic dicunt Elbel et Sporer (juxta sententiam allatam Lib. III, n. 720, v. *Tertia*, quam tenent Cajetanus, Bafiez¹⁹, Salmant. et Lugo²⁰: saltem, ut ait Lugo, nisi promittens expresse sub gravi se obliget). Vel quia, ut ajunt Sanchez, Roncaglia, Busenbaum²¹, Croix et Elbel, promittens unam Missam non censemur gravem obligationem sibi imponere.

Omnis autem convenient, peccare graviter qui omittit Missam debitam ex voto, aut praecerto praelati; quia nemo dubitare potest hanc esse materiam gravem in voto vel praecerto. — Vide Salmant.²².

318. — « 5^o. Si quis det justum stipendium (id a consuetudine vel lege taxatum esse debet; aut si non est, secundum Sotum²³ et Cajetanum²⁴), est frugalis « victus unius diei: quod Suarez, Lay-

Omissio
Missae gra-
tis promis-
sae, juxta a-
lios, gravis.
Probabi-
liter nega-
tur.

Exceptio.

Justum
stipendium.

¹ De Euch., n. 366. — ² Lib. 6, part. 2, num. 154. Aversa, qu. 11, sect. 18, v. *Censeaturque*. — ³ De Sacrific. Miss., cap. 7, qu. 10, resp. 1. - ⁴ Passer., de Statib., qu. 187, art. 4, num. 1263. — ⁵ Petr. Navarr., de Restitut., lib. 2, cap. 2, num. 382. — ⁶ Stephan., a S. Paulo, tr. 5, disp. 4, dub. 12, num. 72. — ⁷ Francisc. Bonaespei, de Euch., disp. 9, num. 97. — ⁸ Tr. 5, cap. 5, num. 39. — ⁹ De Sacrific. Miss., cap. 6, § 2, n. 9. — ¹⁰ Bonac., de Contract., disp. 3, qu. 12, punct. 2, num. 8, v. *Addit. Sanchez*. — ¹¹ De Euch., cap. 4, qu. 40. — ¹² Lib. 3, part. 2, num. 776, cum lib. 6, part. 2, num. 154. — ¹³ Confer. 18, de Oblig. celebrandi, num. 218. — ¹⁴ De Matr., lib. 1, disp. 5, num. 25. — ¹⁵ Part. 2, tr. 17,

esse mortale si omittatur; quia stipendium unius Missae non est sufficiens ad inducendum peccatum mortale in promissione.

^o Navarrus, *Man.*, cap. 25, n. 92, ita docet, si promittens non applicat totam illam ejus partem quam debet applicare, nisi ille cui promisit tacite aut expresse consentiat. Non igitur satis accurate citatur a Renzi.

^p Martinus Ledesma pariter male citatur a Renzi: nam 2^a 4ⁱ, qu. 16, art. 14, v. f., v. *Seb dubitatur si*, loquitur in universum de obligatione privata « qua sacerdos astringitur ad agendum Sacrum pro isto vel illo, et nihilominus sacerdos applicat sacrificium pro alio vel aliis ». Et hunc dicit peccare.

^q Roncaglia, *de Sacrific. Miss.*, cap. 7, qu. 10, resp. 3, concordat, nisi sese gratis

obligaret alteri ad celebrandam Missam, ad quam iste teneretur « ex voto vel altera gravi obligatione ».

^r Cajetanus et Molina non videntur hic citari nisi pro ratione, quae scilicet petitur ex promissionis natura. — Suarez vero, *disp. 86*, i. pr., dicit promissionem in hac materia obligationem inducere sicut in aliis.

^s Bafiez non satis accurate citatur a Salmant., vide notam g ad citat. lib. 3, n. 720. ^t Busenbaum, n. 315, hic supra, probabile esse ait non peccari lethaliter; sed lib. 3, tr. 5, cap. 3, dub. 2, n. 2, asserit promissionis obligationem communiter ab intentione promittentis dependere.

318. — ^a Cajetanus, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 100, art. 3, dub. 1, dicit posse pacisci de stipendio

« mann et alii reprobant, putantque sufficiere medium vel tertiam partem sustentationis diei), ut pro se dicatur Missa, non potest secundum accipi ab alio, et pro duabus una tantum Missa dici. Card. de Lugo¹. — Secus, si ambo diuidum tantum justi darent; uti, contra Vasquez, Reginaldum² et alios, probabiliter docent Sotus, Henriquez, Filliucci, Coninck³, card. de Lugo⁴: quod tamen jam est prohibitum per bullam Urbani VIII. — Vide Bonacina, Diana⁵.

Hic autem ante omnia advertendae sunt duas propositiones damnatae ab Alexandro VII. — Prima, n. 8, dicebat: *Duplicatum stipendium potest sacerdos pro eadem Missa licite accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem; idque post decretem Urbani VIII.* Ratio damnationis est, quia applicatio fructus specialissimi valde incerta est. Nam licet Filliuccius⁶ et alii plures (ut ait Croix⁷, qui id probabile putat cum Aversa et Sporer⁸) dicant valde probabiliiter posse applicari fructum specialissimum, attamen id negant Laymann⁹, Lugo¹⁰, Tamburinius¹¹; et Bonacina¹² cum Coninck, Filliuccio, Reginaldo et communi; ex de-

¹ De Euch., disp. 21, n. 83. — ² Method. celeb. Miss., lib. 3, cap. 1, § 3, n. 68. — ³ Suar., disp. 79, sect. 9, i. f., v. *Nihilominus*. — ⁴ Part. 2, cap. 5, n. 363. — ⁵ Disp. 86, sect. 2, v. *Dico 3*. — ⁶ De Euch., qu. 5, art. ult., n. 2. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 126. — ⁸ Tr. 5, cap. 5, n. 4. — ⁹ S. C. C., 21 Junii 1625, in bull. *Nuper Innoc. XII.* — ¹⁰ Disp. 86, sect. 2, v. *Dico 1* et 2. — ¹¹ De Sacrific. Miss., cap. 6, § 2, n. 2. — ¹² Method. celeb. Miss., lib. 3, cap. 1, § 1, num. 2. — ¹³ De Euch., qu. 11, sect. 9, v. f., v. *Dicendum tamen*. — ¹⁴ Part. 2, cap. 4, n. 255. — ¹⁵ Lib. 5, tr. 5, cap. 2, num. 18. — ¹⁶ De Euch., tr. 5, n. 178 et 179. — ¹⁷ Regin., lib. 23, n. 232.

sustentationis, sine quo minister non potest salva sui status honestate divina exercere officia; sed sustentationis nomine intelligit non solum cibum et potum, sed quidquid est necessarium ad victimum et vestitum sui, et eorum quorum sibi cura incumbit. — Sotus vero, *de Just. et Jure*, lib. 9, qu. 3, art. 1, dub. 3, ait posse saltem duplam percipi, « ubi non est in usu eam pro una Missa eleemosynam erogari, quae diario victui sufficiat »; dum tamen latius non se haec licentia proferat, « quoniam status apparatum non licet sacerdotibus hac ratione sustentare, sed pauperem vitam ducere ».

^b Reginaldus, lib. 23, n. 234, loquitur dumtaxat de justo stipendio.

^c Coninck, qu. 83, n. 192, exponit hanc sententiam; sed n. 193, ait: « Quamquam....

haec sententia non sit improbabilis ob auctoritatem doctorum, non videtur tamen passim admittenda, nisi ubi rationabilis causa et gravis sacerdotis inopia (qui se nulla alia ratione posset nutritre) id exigere.

^d Card. de Lugo, *disp. 21*, n. 26, ait sententiam hanc communiter a doctoribus teneri; « sed Congregatio illis decretis gravissime prohibuit ne ullus sacerdos hoc faceret ».

^e Vasquez, *disp. 231*, cap. 6, n. 36; Turrianus, *Select. disp.*, part. 2, *disp. 31*, *dub. 16*, negant simpliciter posse duplex stipendium pro una Missa accipi.

^f 319. — ^a Vide notam a superioris numeri.

^b Concina loquitur de solo episcopo; Tamburinius, Coninck et Reginaldus, dumtaxat de superiore et consuetudine.

claratione S. C. Concilii (apud Benedictum XIV¹), edita die 15 Nov. 1698, ubi dictum fuit, *attendendam esse consuetudinem loci vel legem synodalem, quatenus adsit: sin minus, statuendam esse per episcopum eleemosynam competentem ejus arbitrio.*

320. - Dubitatur hic 1^o. *An regulares teneantur stare taxae episcopi sub gravi obligatione.*

Negat Navarrus ^{a)}, apud Tamburiniū ². - Sed omnino affirmandum: ut dicunt Pater Concina ³; Viva ⁴ cum Vasquez ^{b)}, Molina ^{b)} et aliis communiter, ex decreto S. C. Concilii sub die 15 Januar. 1639, quo sic sancitum fuit: *Eleemosynam pro qualibet Missa, per regulares celebranda in eorum ecclesiis, esse taxandam arbitrio Ordinarii juxta modum regionis. Ita apud eumdem Benedictum XIV⁵.*

Dubitatur 2^o. *An episcopus possit prohibere ne detur eleemosyna pinguior taxa?*

Certum est 1^o. Quod lex episcopi vel consuetudo taxans stipendum, non prohibet quominus fideles possint dare majus,

¹ Notif. 56, n. 10. Cfr. etiam Pallottini, v. *Missa*, § 4, n. 106. - ² Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 3, n. 99. - ³ De Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, n. 3. - ⁴ De Euch., qu. 5, art. ult., num. 2. - ⁵ Notif. 56, n. 10. Cfr. etiam Pallott., loc. cit., n. 114. - *Suar.*, disp. 86, sect. 2, v. *Sed circa. Vasq.*, disp. 234, cap. 1, n. 6. - *Barb.*, de Offic. et Postest. episc., alleg. 24, num. 9 et 10. - ⁶ Tr. 5, cap. 5, n. 5.

320. - ^{a)} Navarrus a Tamburinio citatur in simili, ut ipse loquitur; hanc enim quaestio[n]em ait similem esse illi: « An ecclesiastici teneantur stare taxes et metis in pretio rerum, quas principes saeculares legitime taxant: ita enim ecclesiastici non sunt principibus saecularibus subdit, sicut exempti non sunt subditi episcopis ». - Et profecto Navarrus, *consil. 3, de constitution.*, n. 4 et 5, negat clericos teneri legibus principis civilis, quae prohibeant extra equos extra regnum.

^{b)} Vasquez et Molina eodem modo citant a Viva pro simili, quam Navarrus a Tamburinio. - Et revera, Vasquez in *Iam 2ae*, *disp. 167*, cap. 4, n. 28; et Molina, *de Just.*, tr. 2, *disp. 31*, n. 15, asserunt clericos teneri legibus quae rerum pretium statuant. - Vasquez tamen, n. 32, idem asserit de religiosis, eos nempe subjectos esse illis legibus synodalibus vel episcopi, quae non aduersent regulari observantiae, et sint « pro bono communis », seu « in omnibus actionibus communibus ».

^{c)} Lessius, *lib. 2, cap. 4, n. 37*; Bonacina,

et sacerdotes recipere minus, si velint; ut docent communiter Suarez, Vasquez, Barbosa, etc., cum Salmant. ⁶. - Certum est 2^o. Non posse sacerdotes tale stipendum excedens exigere; quia hoc magna pareret scandala. Ita etiam communiter Suarez ⁷; et Bonacina ⁸ cum Corduba, Reginaldo et aliis. - Caeterum episcopus id non potest prohibere, si eleemosyna sponte offeratur; ut docent Lugo ⁹, Suarez ¹⁰, Lessius ¹¹; et Bonacina ¹² cum Reginaldo ¹³, Possevino ¹⁴, etc. Et ita decissum fuit a S. C. Concilii, die 16 Januar. 1649 (apud Benedictum XIV ¹¹) contra episcopum Pistoriensem, qui promulgaverat edictum hoc prohibens; sed S. C. respondit: *Prohiberi non posse, ideoque moderandum decretum.*

Dubitatur 3^o. *An episcopus possit prohibere ne sacerdotes accipiunt stipendum minus justo?* - (Nota quod inferius stipendum in Italia est argenteus, sive carolenus in nostro regno).

Negant Sotus ¹⁵, Navarrus ¹⁶ ex D. Thoma ¹⁷. - Sed probabilius affirmant Suarez ¹⁸, Roncaglia ¹⁹; Bonacina ²⁰ cum Re-

⁷ Loc. cit., v. *Sed circa.* - ⁸ De Euch., qu. ult., punct. 8, num. 9 et 11. - *Corduba*, lib. 1, qu. 4, dub. 4, punct. 2. - *Regin.*, lib. 23, n. 232. - ⁹ Resp. mor., lib. 5, dub. 18, num. 5. - ¹⁰ Loc. cit. - ¹¹ Notif. 56, num. 11; cfr. etiam Pallottini, loc. cit., num. 122. - ¹² De Just. et Jure, lib. 9, qu. 6, art. 1, ad 2. - ¹³ Man., cap. 23, num. 106. - ¹⁴ De Sacrif. Miss., cap. 7, qu. 1, resp. 3.

loc. cit., n. 11; Reginaldus, loc. cit.; Possevino, *de Offic. curati*, cap. 2, n. 25, hanc partem omittunt.

^{d)} S. Thomas enim, *in 2a 2ae*, qu. 100, art. 3, ad 2^{um}, scribit: « Illicita esset ordinatio, si in aliqua ecclesia statueretur quod non fieret processio in funere alicujus, nisi solveret certam pecuniae quantitatem, quia per tale statutum precluderetur via gratis officium pietatis aliquibus impendendi ».

^{e)} Suarez, *disp. 86*, sect. 2, v. *Sed circa*, sententiam D. Thomae approbat, « maxime si respectu singularum personarum talis lex fieret ». Sed respectu alicujus communis illa statuta non sunt semper mala: immo sunt in usu multarum ecclesiarum....; nunquam tamen intelligendum est per haec statuta prohiberi, quominus si misericordiae vel pietatis ratio postulaverit ut hujusmodi suffragium sine tali stipendio fiat, id licite fieri possit, saltem ex voluntate et consensu eorum, ad quos tale jus pertinet ».

^{f)} Bonacina, *de Euch.*, qu. ult., punct. 8, n. 10, priorem sententiam tuerit, sicut pariter

Sacerdotes nequeunt exigere minus.

Episcopus prohibere potest ne accipiatur minus justo.

ginaldo ¹), Corduba ¹, etc.; ac Benedictus XIV ¹, ex declaratione S. C. Concilii die 16 Julii 1689, ubi dictum fuit bene posse episcopum prohibere, et imponere poenam celebrantibus pro minori quantitate taxae. Ratio, quia alias quodammodo vilesceret Missae sacrificium. Quapropter casu quo episcopus id prohibet, omnino sacerdotes tenentur ei obedire: certum enim est subditos teneri obedire superiori praecipienti cum opinione probabili (ut diximus *Lib. I*, n. 98, v. *Quid in dubio*). Opinio autem nostra non solum est probabilis, sed etiam probabili auctoritate et ratione.

Quid autem, si ex hac prohibitione sacerdos grave pateretur incommoda? - Vide dicta *Lib. IV*, n. 47, v. *Limitant.*

Accepito stipendio, illicitum est minuere Missas.

Casu autem quo sacerdos jam acceptavit exiguum stipendium pro Missis celebribus ab uno vel a pluribus (quidquid dicat Busenbaum, ut supra n. 318, cum Soto, Coninck ², Lugo ³, etc.), non potest numerum Missarum minuere, nec unam Missam applicare pro duabus, qui singuli dimidium dederint stipendium; prout sancivit Innocentius XII in bulla citata, incipiente: *Nuper, etc.* (vide apud Croix ⁴), ubi confirmavit decretum S. Congr. Con-

¹ Notif. 56, n. 11; cfr. etiam Pallottini, v. *Missa*, § 4, n. 119. - ² Sotus, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 3, art. 1, dub. 3; et in 4, dist. 13, qu. 2, art. 1. - ³ Bulla *Nuper*, § 4. - ⁴ Lib. 6, part. 2, n. 64. - ⁵ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4.

cili editum jussu Urbani VIII, quo sic fuerat statutum: *Ubi pro pluribus Missis.... celebrandis stipendia quantumcumque.... exigua, sive ab uno, sive a pluribus personis collata fuerunt aut conferentur in futurum sacerdotibus, ecclesiis..., S. Congregatio sub obtestatione divini iudicii mandat..., ut absolute tot Missae celebrentur, quot ad rationem attributae eleemosynae praescriptae fuerint.*

Hoc tamen sane intelligendum, quando sacerdos scienter acceptavit pro tali stipendio tot Missas celebrare. Secus, si ignoranter ⁵, ut recte dicunt [Contin.] Tournely ⁶; et Roncaglia ⁷ cum Laymann ⁸, Barbosa ⁹ et Passerino.

Sacerdos autem qui promisit haeredi quam cito celebrare Missas pro testatore defuncto, credito stipendio in posterum solvendo, tenetur quidem celebrare ante stipendi solutionem ut fidem servet, prout bene ajunt Salmant. ⁴ cum Tapia ¹⁰, Villalobos, etc.

Dubitatur 4^o. *An licitum sit pacisci de Missarum stipendio?*

Negat absolute Pater Concina ⁵, eo quod canones prohibent omnia pacta et conventiones circa stipendium Missae, ut

Modoscienter acceptatum sit stipendium.

Quid de Missa promissa, credito stipendio.

Reginaldus, lib. 23, n. 241; et Corduba, *Quaectionar.*, lib. 1, qu. 4, dub. 4, punct. 2, qui tamen addit tale statutum licitum esse, si alicuius, fraudes, sive tyrannides ut plurimum sequerentur ex libertate remittendi stipendiū, « dummodo etiam tunc non specialiter prohibeat ea remissio quae omnino liberaliter et virtuose fieret, puta per viam eleemosynae, pauperibus veris, non fictis, aliquid remittendo, aut etiam pro ipsis et pro divitibus omnino gratis et pure liberaliter sine stipendio, sine ulla fraude celebrando. Et si id statutum generaliter fieret, ita esse intelligendum ».

⁵ De Coninck, vide ad n. 318, notam c; et de Lugo, *ibid.*, notam d.

⁶ Si tamen moneri possit stipendiū largitor, monendum esse volunt Contin. Tournely et Passerinus; aut si alius reperiri possit sacerdos qui minori stipe contentus sit, ei transferendam esse Missam iidem asserunt.

⁷ Roncaglia, Laymann et Barbosa non apponunt hanc distinctionem; Roncaglia tamen, *de Sacrif. Miss.*, cap. 7, qu. 4, resp. 2,

eamdem adumbrasse videtur, scribens: « Eo ipso quod acceptaverit, intelligitur se obligasse ad eas celebrandas ». - Laymann pariter, lib. 5, tr. 5, cap. 1, n. 13, v. *Caeterum*, dicit probabile esse quod possit pro pluribus conjunctim, juxta stipendiū proportionem, celebrare, nisi specialis promissio expressa vel rationabiliter praesumpta praecesserit dicendi Missas pro singulis divisim, quamvis diminutum stipendium offerentibus ».

⁸ Tapia, tom. 2, lib. 5, qu. 21, art. 15, n. 4, satis rem innuit; monet enim eos qui Missas pro defunctis admittunt, ne eas notabiliter differant et evadant rei gravis injustitiae; et addit: « Nec excusantur eo quod non statim recipient stipendium. Ipsi enim videant quando eas dicendas admittunt et obligantur. Si enim non intendunt adimplere obligationem donec accipiant stipem, melius excusabuntur non acceptando eas; si autem acceptent ne priventur ea eleemosyna seu stipe futura, injuste differunt adimpletionem, et crudeliter agunt cum animabus purgatoriis ».

Pacisci de
stipendio
justo, lici-
tum.

ex cap. fin. de pactis; cap. Tua nos, de simonia.

Affirmant vero communiter Lessius¹, Palaus², Sanchez³; Roncaglia⁴ cum Laymann et Gutierrez; ac Salmant.⁵ cum Maldero, Sanchez, Soto, Villalobos, Ledesma, etc. Et hoc probabile videtur, si pactum sit de justo stipendio secundum taxam vel consuetudinem, prout diximus Lib. III, n. 55. Ratio, quia, licet stipendium non detur ut pretium Missae, attamen cum tribuatur ex justitia pro sustentatione sacerdotis (ut docet D. Thomas, supra n. 316), nihil obstat quod possit in pactum deduci. — Neque obstant canonnes citati: eo quod ipsi vel usu abrogati fuerint, ut dicunt Lessius et Sanchez; vel quia intelligi debent de pactis illicitis, ut melius ait Roncaglia cum Glossa⁶, quae dicit: *In spiritualibus... omnis pactio illicita... cessare debet.* Et haec sola pacta circa celebrationem Missarum reprobantur a Tridentino⁷, ubi sancitur quod episcopi importunas aique illiberales eleemosynarum exactiones, potius quam postulationes..., prohibeant. Ergo (bene ait Lugo⁸, loquens de hoc textu concilii) non postulationes justae, sed exactiones illiberales et importunae (scilicet excedentes) prohibentur, quae utique avaritiam sapiunt. — Caeterum in hujusmodi pactionibus, quantum fieri potest, scandala caveri debent.

Dubitatur 5^o. Quomodo taxandum sit stipendium Missarum, quas reliquit testator?

Si testator taxaverit, tribuendum est iusta taxam. Sin autem, recte censem Roncaglia⁹, taxandum esse ab episcopo juxta morem loci; ut declaravit S. C. Concilii, ad 5 (vide apud Croix¹⁰): habita ratione, ut ait Roncaglia, haereditatis pinguis vel tenuis.

321. — « 6^o. Qui pecuniam ab alio accipit, ut pro illo celebret aut fieri curet; per se loquendo, potest curare Missam

¹ Lib. 2, cap. 35, num. 48. — ² Tract. 17, disp. 3, punct. 9, num. 1. — ³ Consil. mor., lib. 2, cap. 3, dub. 11, num. 8. — ⁴ Tr. 7, de 1^o Praec. decal., qu. 8, de Simonia, cap. 2, qu. 2, resp. 1, i. f. — ⁵ Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, § 2, n. 15. — ⁶ Gutier., Quaest. canon., lib. 1, cap. 29, n. 8 et seqq. — ⁷ Tr. 19, de Simonia, cap. 2, n. 22. — ⁸ Malder., de Just., tract. 9, cap. 3, dub. 6, v. *Est nihilominus.* — ⁹ Sanch., Consil. mor., lib. 2, cap. 3, dub. 11, n. 8. — ¹⁰ Sotus, de Just., lib. 9, qu. 6, art. 1. — *Villal.*, part. 2, tract. 37, diff. 9, n. 8 et 9. — *Petr. de Ledesm.*, Sum., part. 2, tr. 12,

per alium bonum sacerdotem dici, minus dando quam accepit.

« Dixi 1^o. *Per se*; quia Urbanus VIII ob speciem turpis quaestus id fieri vetuit. — Dixi 2^o. *Bonum*; quia si per malum curet, perditur fructus qui est ex opere operantis. Vide card. de Lugo¹¹.

In decreto S. C. Concilii approbato ab Urbano VIII, et confirmato ab Innocentio XII (vide apud Croix¹²), sic sancitum fuit: *Omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet sacerdoti qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynae sibi retenta, celebrandam committat.* — Post hoc decretum aliqui etiam contendebant licitum esse retinere partem eleemosynae, celebratione alteri commissa, asserentes non fuisse hoc decretum acceptatum. Ideo praefatus Alexander VII proscriptis proposit. 9, quae dicebat: *Post decretum Urbani, potest sacerdos, cui Missae celebrandae traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendiis sibi retenta.* Hinc noster Summus Pontifex Benedictus XIV, in sua epistola encyclica emanata die 30 Junii 1741, quae incipit: *Quanta cura, ut metu facilius ab hujusmodi turpi quaestu fideles amoverentur, praecepsit Ordinariis, ut per edictum notum facerent, quemcumque (verba sunt epistolae) qui... stipendia majoris pretii pro Missis celebrandis, quemadmodum locorum consuetudines vel synodalia statuta exigunt, colligens, Missas, retenta sibi parte.... stipendiorum acceptorum, sive ibidem, sive alibi, ubi pro Missis celebrandis minora stipendia... tribuuntur, celebrari fecerit; laicum quidem praeter alias arbitrio vestro irrogandas poenas excommunicationis poenam, clericum vero, sive quemcumque sacerdotem, poenam suspensionis ipso facto incurvare: a quibus nullus per alium quam per Nos*

Retinere
partem stipendi, illi-
citem.

etiam. — Post hoc decretum aliqui etiam contendebant licitum esse retinere partem eleemosynae, celebratione alteri commissa, asserentes non fuisse hoc decretum acceptatum. Ideo praefatus Alexander VII proscriptis proposit. 9, quae dicebat: *Post decretum Urbani, potest sacerdos, cui Missae celebrandae traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendiis sibi retenta.* Hinc noster Summus Pontifex Benedictus XIV, in sua epistola encyclica emanata die 30 Junii 1741, quae incipit: *Quanta cura, ut metu facilius ab hujusmodi turpi quaestu fideles amoverentur, praecepsit Ordinariis, ut per edictum notum facerent, quemcumque (verba sunt epistolae) qui... stipendia majoris pretii pro Missis celebrandis, quemadmodum locorum consuetudines vel synodalia statuta exigunt, colligens, Missas, retenta sibi parte.... stipendiorum acceptorum, sive ibidem, sive alibi, ubi pro Missis celebrandis minora stipendia... tribuuntur, celebrari fecerit; laicum quidem praeter alias arbitrio vestro irrogandas poenas excommunicationis poenam, clericum vero, sive quemcumque sacerdotem, poenam suspensionis ipso facto incurvare: a quibus nullus per alium quam per Nos*

Nisi majus
detur stipendi-
um ratione per-
sonae.

ipsos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constitutus absolvit^{a)}.

Ab hac tamen prohibitione excipiunt 1^o. Roncaglia¹ cum Passerino^{b)}; Tamburinius²; Salmant.³ cum Dicastillo et Diana; item Pasqualigo ac Mendo, apud Croix⁴ (et probabile putat Viva⁵) casum quo aliquis daret majorem illam stipem, non tam intuitu Missae quam amicitiae, paupertatis, gratitudinis, propinquitatis, etc. Potest enim tunc sacerdos excessum retinere, committendo alteri Missae celebrationem.

Hoc vero non admittit Croix⁶ cum Stephano, nisi dans eleemosynam hunc suum speciale affectum verbis expresserit. Sed haec limitatio superflua videatur, si ex circumstantiis moraliter constet eleemosynam praestitam fuisse intuitu personae.

Excipiunt 2^o. Contin. Tournely⁷, Roncaglia⁸, Viva⁹ et Tamburinius¹⁰, casum quo sacerdos cui committitur celebratio, liberaliter et omnino sponte tibi condonet excessum illum; tunc enim licite posses retinere; sicut enim ille potest totum remittere, sic et partem. — Verumtamen hoc minime admittendum, si tu indices majus pretium acceptum, et sacerdotem roges ut remittat; vel ab eo quaeras an consentiat ut tu partem retineas: tunc

Vel nisi ce-
lebrans con-
donet omni-
no sponte.

Limitatio
exceptionis.

¹ De Sacrif. Miss., cap. 7, qu. 8, resp. 2, v. *Secundo.*
— ² Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 5, num. 18. — ³ Tr. 5, cap. 6, num. 15. — ⁴ Dicast., tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 20, n. 376. — ⁵ Diana, part. 2, tr. 14, resol. 12. — ⁶ Pasqual., de Sacrif. novae legis, qu. 976. — ⁷ Mendo, Statera, dissert. 13, n. 80. — ⁸ Lib. 6, part. 2, num. 133. — ⁹ In propos. 9 Alex. VII, n. 8. — ¹⁰ Loc. cit., num. 133. — ¹¹ Steph. a S. Paulo, tr. 5, disp. 4, dub. 12, num. 71, i. f. — ¹² De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 7. — ¹³ De

Sacrif. Miss., cap. 7, qu. 8, resp. 2, v. *Haec.* — ¹⁴ In propos. 9 Alex. VII, n. 7. — ¹⁵ Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 5, n. 14. — ¹⁶ Bened. XIV, encycl. *Quanta cura*, § 3. — ¹⁷ Lib. 4, n. 820. — ¹⁸ De Sacrif. Miss., cap. 7, qu. 8, resp. 2, v. *Tertio.* — ¹⁹ In propos. 9 Alex. VII, num. 9. — ²⁰ Disp. 86, sect. 3, i. f. — ²¹ Tr. 22, punct. 14, n. 9, v. *Secundo.*
— ²² Tr. 5, cap. 5, n. 18. — ²³ Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 1, n. 18, v. *Qu. 3.* — ²⁴ Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 8, n. 18. — ²⁵ S. C. C., in bulla *Nuper*, ad 8. — ²⁶ Lib. 6, part. 2, n. 96.

pingue stipendium amicissimo, nisi constet quod datum non est datum ut purum Missae stipendium, sed ut liberale donum».

c) Scilicet retinere sibi stipendii partem, et curare ut Missae ibi celebrentur ubi stipendium minus habetur.

d) Sā, v. Missa, n. 45, male a Salmant. citatur; nam non loquitur de beneficiario; sed generatim, idque non recte, scribit: «Cui datur certa summa pecuniae pro Missis a se dicendis, potest alios pro minori pretio conducere qui adjuvent et reliquum sibi retinere; secus est, si accepisset ut curaret dicendas per alios». — Vasquez, pariter a Salmant. citatus, idem tenet, disp. 234, cap. 4, n. 30, ac Emmanuel Sā.

321. — a) Hodie ex constitutione Apostolicae Sedis, quicumque colligunt eo modo Missarum stipendia, ex iis lucrum captantes, sive sint clerici sive laici, plectuntur excommunicatione Romano Pontifici simpliciter reservata; suspensio in clericos sublata est. Cf. tamen infra, post n. 424 decretum *Ut debita*, ubi, n. 12, nova poena plectuntur tum laici tum clericorum imminentes stipendium Mis- sarum.

b) Faret Passerinus, ut ait Roncaglia; Passerinus enim, de Statib., qu. 187, art. 4, n. 1014, dicit tradendum esse integrum stipendium, « quotiescumque quod datur, ut purum stipendium Missae datur, etiamsi detur

Excipitur
etiam bene-
ficiarius.

Item, capellano amovibili.

Idem licet capellano amovibili; ut dicunt Viva¹, Roncaglia, Lugo², Holzmann³ cum aliis passim. Et die 15 Martii 1745, confirmatum fuit a S. C. Concilii, per decretum quod egomet observavi, ubi dictum fuit id licere, modo pro capellania certi redditus sint annuatim constituti, et perpetuo capellano assignati; secus vero, si hujusmodi capellano pro qualibet Missa celebranda certa detur eleemosyna. — Idem licet illi cui commissa est celebratio Missae perpetuae; ut dicunt Viva⁴; Croix⁵ cum Gobat⁶ et Pasqualigo. — Et idem dicunt Tamburinius⁷ cum Riccio⁸; et Roncaglia⁹ cum Passerino¹⁰, Antonio de Spiritu S.¹¹ et aliis, de sacerdote cui commissa est celebratio ex pingui legato ad vitam ipsi relicto cum onere Missarum.

Ratio omnium horum est, quia decreta prohibentia retinere partem stipendii, tantum loquuntur de Missis manualibus.

Hic autem bene advertunt Croix⁷, Pasqualigo⁸ et Concina⁹, quod si tradatur eleemosyna pinguior sacerdoti singularis pietatis fama praedito; is, nec etiam tradito eodem stipendio, poterit alteri committere Missam, nisi similis probitatis habeatur, vel nisi aliqua causa

¹ In propos. 9 Alex. VII, n. 9. — Roncagl., de Sacrif. Miss., cap. 7, qu. 8, resp. 2, v. Tertio. — ² De Euch., disp. 21, n. 30. — ³ De Euch., n. 363, v. Dux I, i. f. — ⁴ Lib. 6, part. 2, num. 131. — ⁵ Pasqual., de Sacrif. novae legis, qu. 973, num. 2. — ⁶ Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 5, n. 10. — ⁷ Loc. cit., v. Tertio. — ⁸ Loc. cit., n. 132. — ⁹ Qu. 976, n. 1. — ¹⁰ De Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, n. 15. — Concina, loc. cit. — ¹¹ Disp. 56, sect. 3, v. Hac vero. — ¹² Tr. 22, punct. 14, n. 9, v. Tertio. — ¹³ De Euch., qu. ult., punct. 8, num. 18. — ¹⁴ Fill., tr. 5, cap. 6, n. 186. — ¹⁵ Possev., cap. 2, n. 19. — ¹⁶ Rodriguez., Sum., part. 1, cap. 250, n. 9, i. f. — ¹⁷ In propos. 9 Alex. VII, n. 6. — ¹⁸ Part. 2, tr. 14, resol. 10. — ¹⁹ Lib. 21, n. 621 et seq., et num. 625. — Major, in 4, dist. 45, qu. 3, dub. 2. — Aragon, in 2^{me} 2^{me}, qu. 85, art. 3, v. f., dub. ult. — Petr. de Ledesma, Sum., de Euch., cap. 18, concl. 18, v. Sed circa. — ²⁰ In propos. 9 Alex. VII. — ²¹ Tr. 17, Explic. propos. damn. ab Alex. VII, propos. 9, n. 64. — ²² Lib. 6, part. 2, n. 185. — ²³ Part. 2, cap. 5, n. 363 et 370. — ²⁴ De Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, n. 10. — ²⁵ De Euch., num. 363 et 365. — ²⁶ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 7. — ²⁷ Tr. 4, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 3, qu. 2, n. 2.

^e) Viva, loc. cit., n. 9, habet casum sequentem, scilicet sacerdotis cui commissa est celebratio ex pingui legato ad vitam.

^f) Gobat, tr. 3, n. 572, casum hunc non habet.

^g) Riccius, Decis. aur., part. 2, decis. 209, n. 3, non satis accurate allegatur a Tamburino; loquitur enim de legatario pingui, sed non dicit de legato relicto ad vitam. — Idemque notandum venit de Antonio a Spiritu S., Direct. confess., tr. 7, disp. 6, n. 263 et 264.

^h) Passerinus, qu. 187, art. 4, n. 1004 (citat. a Roncaglia) tractat de capellano, beneficiario et ecclesiis quae habent onera perpetua Missarum. At, num. 1005, loquitur de haerede vel altero, cui committitur onus procurandi

excusat. — Hoc tamen ait Concina, non videri esse mortale; quia major devotionis fervor tanti communiter non est, ut variatio celebrantis gravem inducat culpam. Sed melius dicit Croix id quidem non facile damnandum de mortali; sed aliquando bene posse accidere, aliquem graviter ferre quod Missa per alium celebretur: et tunc erit mortale.

322. — Dubitatur 1^o. *An qui retinet partem stipendiij (juxta propositionem damnata, ut supra n. 321) non solum peccet, sed etiam teneatur ad restitutionem?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent Suarez¹⁰, Palaus¹¹; et Bonacina¹² cum Sà¹³, Navarro¹⁴, Vasquez¹⁵, Filiuccio, Possevino, Rodriguez, Reginaldo¹⁶ et aliis; eamque probabilitate non carere dicit Viva¹⁷. Ratio, quia accipiens stipendum jam acquirit illius dominium; et licet acquirat cum onere dicendi Missam, huic tamen bene per alium jam satisfacit.

Secunda vero sententia tenenda; quam prius docuerunt Diana¹⁸; et Escobar¹⁹ cum Majore, Aragon, Ledesma, etc.; et post propositionem damnata, recentiores communiter tenent, ut Vidal²⁰, Corella²¹, Croix²², Sporer²³, Concina²⁴, Holzmann²⁵, Contin, Tournely²⁶, Mazzotta²⁷; hancque

part. 1, cap. 250, n. 9, i. f. — ¹⁸ In propos. 9 Alex. VII, n. 6. — ¹⁹ Part. 2, tr. 14, resol. 10. — ²⁰ Lib. 21, n. 621 et seq., et num. 625. — Major, in 4, dist. 45, qu. 3, dub. 2. — Aragon, in 2^{me} 2^{me}, qu. 85, art. 3, v. f., dub. ult. — Petr. de Ledesma, Sum., de Euch., cap. 18, concl. 18, v. Sed circa. — ²¹ In propos. 9 Alex. VII. — ²² Tr. 17, Explic. propos. damn. ab Alex. VII, propos. 9, n. 64. — ²³ Lib. 6, part. 2, n. 185. — ²⁴ Part. 2, cap. 5, n. 363 et 370. — ²⁵ De Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, n. 10. — ²⁶ De Euch., num. 363 et 365. — ²⁷ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 7. — ²⁸ Tr. 4, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 3, qu. 2, n. 2.

Missarum celebrationem, qui si plus sit et capax possidendi patrimonium Christi, satisfacit suo officio (auctore Passerino), si Missas celebrandas procuret per manualia stipendia.

322. — ^a) De Sà et Vasquez, vide notam ^d, ad num. praeced.

^b) Navarrus, Man., cap. 25, n. 91, v. f., negat peccare mortaliter, « quando qui dat pecuniam dat plus quam ad salary ordinaria sufficit, cum voluntate saltem tacita ut quod superest, retineat sibi pro cura et industria quam ei rei impendit ». Idemque ait de eo qui ex officio stipendia colligit (et id ipsum asserit Vasquez); si vero non sit persona quae habet id officium, cui lex aut consuetudo aliquid pro sua cura concederet, nequit sibi

Retinens illicite partem stipendiij, non tenetur restituere, juxta alios.

Omnino tenetur restituere.

Et quidem probabiliter celebranti.

ad minus probabiliorem putat Viva¹, contra Bordonum. — Ratio 1^a deducitur ex ipsa propositione damnata. Cum enim ipsa dicebat posse sacerdotem per alium satisfacere parte stipendiij sibi retenta; sequitur veram esse propositionem contradictoriam, nempe quod non possit satisfacere. Satisfactio autem non solum resipicit honestatem actus, sed etiam justitiam; qui ergo non satisfacit obligationi justitiae, tenetur ad restitutionem. — Ratio 2^b, quae fortius urget, est, quia, tametsi sacerdos eleemosynam accipiens acquirat ejus dominium, illud tamen non aliter acquirit, nisi juxta voluntatem dantis. Voluntas autem dantis est, non solum ut Missa celebretur, sed ut celebretur tali stipendio; cum enim pingue tradit stipem, ea intentione dat, ut uberiorem fructum ex Missa celebranda percipiat. Ergo qui, tradito minori stipendio, per alium celebrare facit, peccat contra justitiam, non quia defraudat fructu Missae dantem eleemosynam (fructum enim jam hic percipit ex sua ante habita pia dispositione), sed quia non exsequitur dantis intentionem, qua vult ut illa Missa, unde percipit fructum, tali stipendio celebretur; et quia hujusmodi intentio intrat in substantiam contractus, ideo, si sacerdos partem stipendiij retinet, injuste contra dantis voluntatem retinet.

Cui autem *eo casu fieri debeat restitutio?* — Croix² cum Pasqualigo³ dicit posse fieri vel danti eleemosynam, vel sacerdoti celebranti. Sed communius et probabilius censem [Contin.] Tournely⁴, Holzmann⁵ et Sporer⁶, restitutionem fa-

¹ In propos. 9 Alex. VII, n. 6. — Bordon., Variar. resolut. part. 1, resol. 25, n. 28. — ² Lib. 6, part. 2, n. 135. — ³ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 7. — ⁴ Part. 2, cap. 5, n. 369. — ⁵ Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 5, n. 15. — ⁶ De Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, n. 12. — ⁷ In propos. 9 Alex. VII, n. 10. — ⁸ Part. 10, tr. 16, resol. 68. — ⁹ De Sacrif. Miss., cap. 7, qu. 8, resp. 2, v. Nullatenus - Passer., qu. 187, art. 4, num. 1025. — ¹⁰ De Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, num. 13. — ¹¹ In propos. 9 Alex. VII, num. 8.

absque injustitia aliquid retinere. — Reginaldus, lib. 23, n. 240, Navarri doctrinam affert eique videtur adhaerere.

^c) Pasqualigo male citatur a Croix; scribit enim qu. 969, n. 6, factandam esse restitutionem; non tamen dicit cuinam sit restituendum, sed solum: Laedit... jus duplicitis personae, nempe illius in quem transfert obligatio celebrandi; siquidem dum assumptam talem obligationem, acquirit etiam jus ad in-

ciendam esse celebranti; quia, translato in eum onere, etiam jus ad integrum stipendium juxta voluntatem domini transfertur.

Dubitatur 2^d. *An procurator vel executor testamenti, faciens celebrare alibi Missas sibi commissas, ubi minor est taxa, possit excessum sibi retinere?*

Affirmat Tamburinius⁵; quia excessus ille erit fructus suae industrie. — Sed merito communiter reprobant Concina⁶, Viva⁷, Renzi⁸, Diana⁹; Roncaglia¹⁰ cum Passerino. Ratio: tum quia talis procurator turpem faceret quaestum ex eleemosynis; tum quia nullum is titulum habet, quo lucrum illud sibi retineat, cum nunquam dominium illarum eleemosynarum acquisierit.

Dubitatur 3^e. *An sacerdos colligens eleemosinas pro celebrandis Missis, possit aliquid retinere pro suo labore, si Missae non tradantur ipsi ut ab ipso celebrentur?*

Negat Concina¹⁰, dicitque hoc vetitum esse a bulla Benedicti XIV (ex verbis supra citatis num. 321, v. In decreto). — Affirmat tamen Viva¹¹, si talis sacerdos moderatam retineat mercedem juxta rationem sui laboris. Idque non videtur improbabile, si ille ad hoc munus sit destinatus, et suus labor vere mercedem mereatur; tunc enim hujusmodi merces ei debetur ex naturali aequitate et ex voluntate ipsorum eleemosynas offerentium. Pontifex autem censetur tantum eos damnare voluisse, qui ex industria eleemosinas colligunt, ut ex eis turpem faciant quaestum, nempe colligendo stipendia

Exsecutor testamenti nequit retinere partem stipendi.

Colligens Missas quandoque potest quid retinere pro labore.

tegrum stipendium quod intuitu celebrationis destinatum est; et laedit etiam jus petentis Missas, quia cum destinaverit stipendium pro sustentatione celebrantis, est rationabiliter invitum, quod non detur totum celebranti». — Eamdemque doctrinam tuetur Holzmann, loc. cit., n. 363.

^d) Renzi, cap. 4, qu. 45, hanc sententiam ultimo loco exponit; unde eidem videtur adhaerere.

praescripta in uno loco, et alibi Missas curando celebrari, ubi eleemosyna sunt minoris pretii, quam illic ubi excipiuntur¹⁾.

Dubitatur 4º. *An sacerdos, cui hodie offeruntur tres juli ut celebret, possit procurare ut aliis celebret pro ipso, promittens die crastina celebrare pro illo qui pro sua crastina Missa accepit unum julium?*

Affirmant Croix¹ et Mazzotta²; quia hoc non esset retinere partem pretii (quod Pontifex damnavit), sed tantum permittare Missas et dies. Recte vero negat Concina³, quia hoc non posset excusari a

¹ Lib. 6, part. 2, num. 134. — ² Tr. 4, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 3, qu. 2, n. 2, i. f. — ³ De Sacrif. Miss., cap. 6,

e) De iis qui Missarum eleemosynas colligunt, notanda sunt haec, quae S. C. C., die 25 Julii 1874, declaravit: 1º. Turpe mercimonium sapit, ideoque improbanda, et poenis etiam ecclesiasticis, si opus fuerit, coercenda est ab episcopis, eorum bibliopolarum vel mercatorum agendi ratio, qui adhibitis publicis invitamentis et praemiis, vel alio quocumque modo Missarum eleemosynas colligunt; et sacerdotibus, quibus eas celebrandas committunt, non pecuniam, sed libros aliasve merces rependunt. — 2º. Neque haec agendi ratio ideo cohonestari valet, vel quia nulla facta imminutione tot Missae a memoratis collectoribus celebrandae committantur, quot collectis eleemosynis respondeant, vel quia per eam pauperibus sacerdotibus, eleemosynis Missarum parentibus, subveniatur. — 3º. Hujusmodi eleemosynarum collections et erogationes tunc etiam improbandae et coercendae, ut supra, sunt ab episcopis, quando lucrum quod ex mercium cum eleemosynis permutatione hauritur, non in proprium colligentium commodum, sed in piarum institutionum et bonorum operum usum vel incrementum impendiunt. — 4º. Turpi mercimonio concurrunt, ideoque improbandi atque etiam coercendi, ut supra, sunt ii qui acceptas a fidelibus vel locis piis eleemosynas Missarum tradunt bibliopolis, mercatoribus aliquis earum collectoribus, sive recipient sive non recipient quidquam ab iisdem praenomine. — 5º. Turpi mercimonio concurrunt, ideoque improbandi et coercendi, ut supra, sunt ii qui a dictis bibliopolis et mercatoribus recipiunt pro Missis celebrandis libros aliasve merces harum pretio sive imminuto sive integro. — 6º. Illicite non agunt ii qui pro Missis celebratis recipiunt stipendii loco libros vel alias merces seclusa quavis negotiationis vel turpis lucri specie. — 7º. Non licet episcopis sine speciali S. Sedis venia, nisi de consensu oblationum, ex eleemosynis Missarum, quas fideles

specie turpis mercimonii. Merito tamen id non audet damnare de peccato gravi; et an paupertas possit ab omni culpa excusare, se remittit prudentum judicio.

Dubitatur 5º. *An administratores ecclesiarum ex eleemosynis datis propter Missas, possint aliquid retinere pro expensis altarium, inservientium, luminum, etc.?*

S. C. Concilii in decreto confirmato ab Innocentio XIII (vide apud Croix⁴), sic respondit: *Permittendum non esse ut... loca pia, seu illorum administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum ul-*

Quantum possit retineri pro expensis celebrationis.

§ 2, num. 16. — ⁴ Loc. cit., num. 95. — S. C. C., in bulla *Nuper*, ad 7.

celebrioribus sanctuariis tradere solent, aliquid detrahere, ut eorum decori et ornamento consulatur, quando praesertim ex propriis redditibus careant. — Et eadem S. C. Concili die 25 Maii 1893, suo decreto *Vigilanti*, declarationes istas hac opportuna sanctione munivit: « Si quis ex sacerdotali ordine contra enunciata decreta deliquerit, suspensioni a divinis S. Sedi reservatae et ipso facto incurrendae obnoxius sit, clericus autem sacerdotio nondum initiatus eidem suspensioni quoad susceptos ordines similiter subjaceat, et inhabilis praeterea fiat ad superiores ordines recipiendos; laici demum excommunicatione latae sententiae episcopis reservata obstringantur ». — Sed die 11 Maii 1904, S. C. Concilii, suo decreto *Ut debita*, novas easque severiores normas tradidit, et signanter n. 8: « Vetus cuique omnino esse Missarum obligationes et ipsarum eleemosynas a fidelibus vel locis piis acceptas tradere bibliopolis et mercatoribus, diariorum et ephemericorum administratoribus, etiam si religiosi viri sint, necnon vendoribus sacrorum utensilium et indumentorum, quamvis pia et religiosa instituta, et generatim quibuslibet, etiam ecclesiasticis viris, qui Missas requirant, non taxative ut eas celebrent sive per se sive per sacerdotes sibi subditos, sed ob alium quemlibet, quamvis optimum, finem.... Quapropter in posterum quilibet hanc legem violare prae sumpserit, aut scienter tradendo Missas, ut supra, aut eas acceptando, praeter grave peccatum quod patrabit, in poenas infra statutas incurrit. — 9. Juxta ea quae in superiore articulo constituta sunt, decernitur pro Missis manualibus, stipem a fidelibus assignatam, et pro Missis fundatis aut alicui beneficio adnexis (quae ad instar manualium celebrantur) eleemosynam juxta sequentes articulos propriam nunquam separari posse a Missae celebrazione, neque in alias res commutari aut imminui, sed celebranti ex integro et in specie

lam utcumque minimam portionem retinent, ratione expensarum... in Missarum celebratione, nisi... alios non habeant redditus quos in usum earumdem expensarum erogare licite possint; et tunc quam portionem retinebunt nullatenus debere excedere valorem expensarum, quae pro ipsomet tantum Missae sacrificio necessario sunt subeundae. — Et hic adverte aliud decretum ejusdem S. Congregationis, editum die 6 Julii 1726 (ut habetur apud Benedictum XIV⁵), ubi sic dictum fuit: *Quando in fundatione beneficii seu capellae expresse cautum est, non teneri celebrantem ad applicationem sacrificii, eo casu poterit celebrans accipere novum stipendium, et unica Missa satisfacere obligationi beneficii seu capellae, et item danti novum stipendium. Et huic simile decretum affert Merati⁶, editum 13 Febr. 1638.*

Secus vero dicendum (contra Busenbaum et alios, ut supra), si in fundatione nihil fuerit expressum; ut habetur ex decreto ejusdem S. C., approbato ab Innocentio XII (apud Croix⁷), ubi dicitur: *Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii seu capellae, legati aut salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis suscepint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere. Et (quidquid respondeat Lugo⁸) decretum hoc clarius explicatum fuit alio decreto ab eadem S. Congregatione, die 18 Martii 1668 (apud Benedictum XIV⁹), ubi decisum fuit teneri celebrantem applicare pro anima testatoris, semper ac in fundatione nulla sit adjecta declaratio, ad cuius suffragium applican-*

¹ Notif. 56, num. 18; cfr. etiam Thesaur. resolut. in *Derthonen*, 6 Julii et 28 Sept. 1726. — *Bonac.*, de Euch., qu. ult., punct. 7, § 2, n. 7. — ² Disp. 21, n. 21. — *Suar.*, disp. 86, sect. 1, v. *Sed circa*; et sect. 3, v. *Dico 2.* — *Vasq.*, disp. 284, cap. 4, num. 25, i. f. — ³ Part. 4, tr. 4, resol. 282; cfr. etiam Pallottini, v. *Parochus*, § 6, num. 67

⁴ Part. 5, tr. 18, resol. 51. — ⁵ Notif. 56, n. 8; cfr. Pallottini, v. *Missa*, § 4, num. 22. — ⁶ Part. 3, tit. 12, Nov. Observ., n. 4. — S. C. C., bulla *Nuper*, ad 4. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 92. — ⁸ Disp. 21, n. 22 et 23. — ⁹ Notif. 56, n. 9, i. f.; cfr. Pallottini, v. *Missa*, § 1, n. 13 et seqq., ubi plures similes declarationes referuntur.

sua esse tradendam, sublatis declarationibus, indultis, privilegiis, rescriptis, sive perpetuis sive ad tempus, quovis titulo, forma vel a qualibet auctoritate concessis, et huic legi contraria. — 10. Ideoque libros, sacra utensilia vel quaslibet alias res vendere aut emere, et associationes, ut vocant, cum diariis et ephemericibus inire ope Missarum, nefas esse atque omnino prohiberi. Hoc autem valere non modo si agatur de Missis celebrandis, sed etiam si de celebratis, quoties id in usum et habitudinem

cedat, et in subsidium alicujus commercii vergat. Deinde decretum poenas decernit contra eos qui has normas perfringere ausi fuerint; eas reperies in calce hujus tractatus, post n. 424, ubi decretum ex integro referemus. — 323. — ^{a)} Scilicet *Gavantus*, part. 3, tit. 12, n. 5, negat parochum, diebus festis, in quibus tenetur Missam celebrare, posse manualem eleemosynam recipere. — Idemque tenet *Barbosa*, de *Parochio*, cap. 11, n. 11; *Diana*, part. 2, tr. 14, resol. 80.

Si deest obligatio applicandi ratione beneficii.

Secus, quando in fundatione nihil expressum est.

dum sit sacrificium. — Et idem declaratum fuit ab eadem S. C., 6 Febr. 1627 (vide apud eudem^{a)} Benedictum) de capellaniis *confraternitatum et monialium, qui celebrant ut confratres vel moniales satisfaciant pracepto audiendi Missam.*

Hic autem notandum aliud decretum ejusdem S. Congregationis, emanatum 7 Junii 1686 (vide apud Pittonium¹⁾), ubi dictum fuit quod capellani et beneficiati celebrantes pro capellaniae seu beneficii fundatore, non tenentur Missas celebrare tempore quo capitale dotis assignatae est otiosum et infructiferum sine eorum culpa. Et novissime hoc idem confirmatum fuit die 8 Augusti 1705 (apud eudem Pittonium).

'Fit Dubium: An circa onera Missarum et conditiones in fundatione appositas possit dari praescriptio?

Affirmant Laymann²⁾ cum Navarro; item Tamburini³⁾; et apud Croix⁴⁾, Pelliarius, Hurtadus, Pasqualigo⁵⁾, et Gobat cum Rota Romana, ut (ibidem) testatur Tuschus⁶⁾. Ratio, quia praescriptio

¹⁾ De Parochis, n. 1740. - Pitton., loc. cit.; et habetur etiam in fol. S. C. C. in Monopolitana. — ²⁾ Lib. 3, tr. 1, cap. 8, num. 17. — ³⁾ Navar., consil. 1, de praescriptionib., num. 3 et 7. — ⁴⁾ Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 7, § 1, num. 1. — ⁵⁾ Lib. 4, n. 882, v. Nihilominus. — ⁶⁾ Pella., tr. 5, cap. 9, num. 92. - Thom. Hurtad., de Residentia,

legitima valet contra qualemque jus; nec exceptio reperitur in jure, quod circa onera Missarum non detur praescriptio;

— Ex his autem auctoribus, alii, ut Tamburini, etc., requirunt ad praescribenda praefata onera, spatium viginti annorum cum titulo, et triginta sine titulo. Alii, ut Pasqualigo, Tuschus, etc., apud Croix, dicunt requiri quadraginta annos; cum agatur contra bona Ecclesiae (juxta dicta Lib. III, n. 510).

Sed quidquid sit de hoc, verius videntur nullo modo posse praescribi onera Missarum et conditiones a fundatoribus requisitae^{a)}. Tum quia (ut ait Corradus⁵⁾) primaeva fundatio majorem habet vim, quam consuetudo; tum quia in beneficiariis difficulter praesumti potest bona fides, cum ipsi facile praesumantur ex fundatione cognovisse leges beneficiorum; tum deinde (et haec ratio est potior) quia in Tridentino⁶⁾ sic sancitum fuit: *Quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquae requiruntur,*

lib. 6, resol. 6, § 4, n. 9 et 10. - Gobat, tr. 3, num. 514. — Tambur., loc. cit., num. 2. — Pasqual., qu. 1193, n. 5 et 6; qu. 1194. — Tusch., Pract. concl., lit. P, concl. 556 et 562. — Croix, lib. 4, n. 852, v. Nihilominus. — Prax. beneficiar., lib. 2, cap. 10, n. 90. — ⁸⁾ Sess. 25, de reform., cap. 5.

^{324. - a)} Benedictus XIV, loc. cit., n. 8, afferit quidem hanc declarationem; sed n. 9, de ejusdem authenticitate dubitat, cum dicat se nullum de hac re documentum habere in notis ac decretis quae maximo studio, diligentia et incredibili labore collegit. Et sane apud Pallottini, v. Missa, § 1, n. 51 et seqq., n. 58 et seqq., plures declarationes contrariae habentur, et praecipue n. 51, ubi referunt una qua S. C. C. declaravit non obligari capellani ad applicandam Missam pro anima testatoris, quando capellania praescripta fuit cum expressione verborum indicantium potius communitatem populi quam suffragium animae. Pariter n. 58, referuntur responsio, data in Mantuana die 19 Nov. 1718, qua decisum fuit, quando ex verbis fundatoris colligitur ipsum demandasse Missae celebrationem pro commode monialium, celebratio tantum, non vero applicatio censetur praescripta. Cfr. etiam S. R. C. decret. authentic., n. 2892, ad 1. — Hoc tamen limitandum est nisi ex aliis argumentis et conjecturis constet fundatorem non tam ad populi vel ecclesiae commodum, quam ad animae suaem suorumque suffragium spectavisse, ut constat

ex pluribus S. C. C. declarationibus apud eudem Pallottini, loc. cit., n. 72 et seqq.

b) Pasqualigo, qu. 1192, concordat quidem quoad onera et numerum Missarum; sed qu. 1195, negat praescribi posse a beneficiariis, capellaniis, et eis qui recipient annum salarium; item negat posse praescribi fructus applicationem ab iis qui manuales Missas recipiunt.

c) Quidquid dicat Croix, loc. cit., Tuschus, Pract. conclus., lit. S, conclus. 429, n. 9, non allegat Rotam.

d) Et hanc sententiam, quam tuetur S. Alphonsus, S. C. C. constanter retinuit, ut ex pluribus declarationibus constat, quarum meminit Pallottini, v. Missa, § 2, n. 47 et 48, et quibus S. C. negavit praescripsi etiam centenaria, Missarum onera ac beneficiorum fundationes immutari posse. — Nihilominus, si quis bona fide emerit fundum oneri Missarum subjectum, et per sexaginta annos pacifice possederit, liber omnino declaratur, salvo tamen jure favore causae piae contra haeredes institutoris pro indemnitate, ut constat ex declaratione S. C. C. in Imolen, die 26 Februario 1858, apud Pallottini, v. Missa, § 5, n. 36.

Verius
nullo modo
potest dari.

*seu certa illis onera sunt injuncta in beneficiorum collatione, seu quacumque alia dispositione, eis non derogetur. Ergo qualitatibus requisitis ex fundatione, et oneribus injunctis, sive in collatione, sive in quacumque alia pia dispositione, statuit concilium nunquam derogari posse. — Accedit bulla Pii IV qua, confirmans Tridentinum, irritat quidquid contra illud factum fuit. Clausula autem decreti irritantis ligat etiam ignorantes, et in causis beneficialibus inficit titulum et possessionem; ut dicit Croix¹⁾ cum Garcia, Nicolarts et aliis communissime. — Accedit bulla Innocentii XIII Apostolici ministerii (ampliata a Benedicto XIII per totum orbem^{e)} alia bullia *In supremo*), ubi dicitur quod quaecumque praescriptio, etiam centenaria et immemorabilis, non datur contra ea quae in concilio Tridentino praescripta sunt.*

Quaeritur 2º. Quibus diebus teneatur parochus applicare Missam pro populo?

— Ante sanctionem Summi nostri Pontificis Benedicti XIV, de qua mox infra dicemus n. 325, olim plures adfuerunt sententiae.

Prima sententia dixit teneri quotidie, si redditus sint pingues; si vero tenues, teneri tantum diebus festis. Ita Roncaglia²⁾; et probat ex pluribus decretis S. C. id decernentibus; et hoc etiamsi parochus non habeat congruam. — Nec satisficeri, ait

¹⁾ Lib. 4, n. 657. — Nicol. Garcia, de Benefic., part. 5, cap. 1, n. 407 et seqq., n. 427. — Nicol. Prax. beneficiar., tit. 1, dub. 2, § 5; tit. 3, dub. 2, § 9. — Innoc. XIIII, bull. Apostolici ministerii, de die 23 Maii 1723, § 29. — ²⁾ De Sacrif. Miss., cap. 2, qu. 8. — Roncagl., loc. cit. — Pignateli, tom. 1, consult. 321. — ³⁾ Tr. 5, cap. 5, n. 52. — Bonac., loc. cit., n. 5, i. f. — ⁴⁾ Tr. 22, punct. 13, n. 7. — Vasq., disp. 234, cap. 4, n. 27, v. Vera tamen. — Coninck, qu. 83, art. 1, num. 199. — Nald., v. Parochus, num. 19. — Lugo, disp. 21, n. 19.

*e) Benedictus XIII in fine sueae bullae *In supremo militantis*, de die 23 Sept. 1724, praecepsit suo nuntio in Hispania, episcopis, archiepiscopis, patriarchis et clero saeculari et regulari eorum regnum, id est Hispaniae, ut huic sueae constitutioni obediatur.*

f) Passerinus, qu. 187, art. 4, n. 991, exprimit tantum rationem hujus sententiae, negando posse unica Missa geminae obligationi satisficeri.

g) Pignatelli adducit glossam in hoc cap., ad probandum adesse in ecclesiis cathedralibus et collegiatis obligationem quotidie canandi Missam conventualem.

h) Laymann, Coninck et Barbosa a Sal-

Roncaglia cum Passerino^{f)}, si applicetur pro populo Missa conventionalis; cum haec sit applicanda absolute pro benefactoribus, ex cap. *Cum creatura, de celebrat. Miss.*^{g)} cum Pignatello.

Secunda vero sententia dixit 1º. Nullum esse dubium, quod aliquoties in anno teneatur parochus jure divino celebrare pro populo; ut Salmant.^{h)} cum Laymann^{h)}, Barbosa, Coninck^{h)} et communiter. Et infertur ex Tridentino⁴⁾, ubi: *Cum praecipto divino mandatum sit omnibus quibus animalium cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, etc.* Dixit 2º. E converso non teneri parochum de se quotidie pro populo Missam applicare: nam sic teneretur quotidie celebrare, quod nullibi praeciptum est. Ita Salmant.⁵⁾ cum Suarez, Vasquez, Barbosa, Bonacina, etc. — Immo, praeciso pacto, consuetudine aut synodo in contrarium, dicunt Navarrusⁱ⁾, Suarez, Barbosa et alii, cum Salmant.⁶⁾ nec omnibus festis teneri pro populo celebrare: tantum aliquoties in anno, arbitrio prudentium, ut Salmant.⁷⁾; vel in praecipiis festis Domini et diebus dominicis, aut saltem semel in hebdomada, ut Bonacina.

Tertia sententia dixit quod ex vi parochiae non tenetur parochus applicare fructum Missae specialiter pro ovibus. Ita Palau⁸⁾ cum Navarro^{j)}, Suarez^{k)}, Vasquez, Coninck, Naldo, etc.; item Lugo, Re-

sect. 1, v. De beneficis. — Vasq., disp. 234, cap. 4, n. 27, v. Vera tamen. — Barb., loc. cit. — Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 7, num. 5. — Suer., loc. cit. — Barb., loc. cit. — ⁸⁾ Tr. 5, cap. 5, n. 52. — Loc. cit., n. 53. — Bonac., loc. cit., n. 5, i. f. — ⁹⁾ Tr. 5, cap. 5, n. 50. — Barb., de Offic. et Potest. episc., alleg. 24, n. 28. — ⁴⁾ Sess. 28, de reform., cap. 1. — ⁵⁾ Tr. 5, cap. 5, n. 51. — Suar., disp. 86,

mant. citantur pro ratione quam ipsi Salmant. afferunt, caritatem scilicet et aequalitatis rationem suadere, ut pastores animalium aliquando pro suis ovibus Missae sacrificium offerant. Quod revera habent Laymann, lib. 5, tr. 5, cap. 3, n. 3, i. f. et Coninck, qu. 83, art. 1, n. 199.

ⁱ⁾ Navarrus hoc non habet in Man., cap. 25, n. 92, quidquid dicant Salmant.

^{j)} Navarrus hic pariter a Castropalao male citatur; id enim, Man., cap. 25, n. 92, (ut citat Palau) silentio plane praetermittit in meis saltuum editionibus; Suarez vero citat n. 140; Laymann, n. 135; sed neque in his locis Navarri assertum reperi potui.

^{k)} Suarez, quamvis hic a Palau citetur,

ginaldus¹⁾, Stephanus et Gobat, apud Croix¹, qui probabile putat. Ratio istorum, quia officium curati est pascere oves verbo, exemplo, sacramentorum administratione et sacrificii dispensatione; hoc autem dixerunt fieri, si illud generali tantum applicatione pro omnibus fidelibus, et praecipue interessentibus applicatur: et ita censuerunt intelligendum esse Tridentinum. — Hinc intulerunt, pro omnibus illis Missis posse quotidie parochum accipere stipendium: nisi tamen ex fundatione aut consuetudine, vel praelati pracepto alias tenetur pro populo sacrificare.

Hodie parochus tenetur diebus festis pro populo celebrare.

325. — Verum hodie, ex epistola encyclica Summi nostri Pontificis Benedicti XIV, edita die 19 Augusti 1744, quae incipit *Cum semper*, sancitum habemus, omnes parochos teneri applicare Missam pro populo, saltem in diebus festis, etiam si congruam non habeant; his verbis: *Itaque mens nostra et sententia est, sicuti etiam pluries a praelaudatis congregacionibus judicatum fuit ac definitum, quod omnes et singuli qui actu animarum curam exercent, et non solum parochi aut vicarii saeculares, verum etiam... regulares... aequae teneantur Missam parochialem* (omnibus diebus festis ut infra) applicare pro populo... ipsorum curae commisso.

Et quia alii allegabant non habere conruos reditus, alii dicebant contrariam

Steph. a S. Paulo, tr. 5, disp. 4, dub. 11, num. 66. —

negat tamen, loc. cit., v. *De beneficiis*, solum obligationem pastoribus inesse ratione beneficii, « saltem ad sacrificandum quotidie pro omnibus ».

¹⁾ Reginaldus, qui hic citatur a Croix et Barbosa, perspicue tamen contrariam sententiam innuit. Quaerit enim, lib. 23, n. 238, « an obligatio quam parochus habet celebrandi pro sua parochia, impedit quominus stipendium taxatum possit pro celebratione accipere ». Et respondeat: « Eo die quo de jure vel de consuetudine pro sua parochia celebrare tenetur », eum non posse eleemosynam accipere ad celebrandum pro fidelibus alterius parochiae, posse tamen pro fidelibus sua parochiae.

^{m)} Animarum pastores Missam pro populo applicare tenentur « tum omnibus dominicis aliquis diebus qui ex pracepto adhuc servantur, tum illis etiam qui, ex hujus Apostolicae Sedis indulgentia, ex dierum de pracepto festorum numero sublati ac translati

alicubi esse consuetudinem: *Nos autem* (sic praescribit et loquitur Pontifex) *ad praecedentes praedictae Congregationis Concilii resolutiones nostram approbationem et confirmationem extendimus; et quatenus opus sit, auctoritate apostolica iterum tenore praesentium decernimus et declaramus quod, licet parochi seu alii, ut supra..., congruis... redditibus destituantur, et quamvis... immemorabili consuetudine in ipsorum... parochiis obtinuerit* (ut Missa pro populo non applicaretur), *eadem nihilominus omnino in posterum ab ipsis debeat applicari.*

Et quamvis (additur)... alias a Congregatione Concilii responsum fuit parochum nempe pinguis redditibus dotatum quotidie pro populo celebrare et applicare debere, etc.: cum tamen.... Nobis perspectae sint... controversiae super hoc ipso exortae...; idcirco opportunum censemus... declarare, Nobis abunde satisfactum fore, vobisque proinde satis esse posse, dum ii qui animarum curam exercent, sacrificium Missae pro populo celebrent atque applicent in dominicis aliisque per annum diebus festis de pracepto.

Item declarat ibi Pontifex, hoc valere etiam pro iis locis et diebus in quibus populus Missae interesse debet, at aliunde servilibus operibus vacare potest^{m)}.

Gobat, tr. 8, num. 492. — ¹⁾ Lib. 3, part. 1, num. 762.

sunt, quemadmodum ipsi animarum curatores debebant, dum memorata Urbani VIII constitutio in pleno suo vigore vigebat, antequam festivi de pracepto dies imminuerentur et transferrentur.... Id unum excipimus, ut scilicet quando una cum solemnitate divinum officium translatum fuerit in dominicam diem, una tantum Missa pro populo sit a parochio applicanda ». Ita Pius IX, constit. *Amantissimi Redemptoris*, de die 3 Maii 1858. — Si vero sola solemnitas transferatur, Missa pro populo applicari debet *ipso die*, quo praefatorum festorum officia communiter in ecclesia recitantur. — Sunt autem illa festa (juxta laudatam Urbani VIII constitutionem *Universa per orbem anni 1642*) praeter dominicam: Circumcisionis, Epiphaniae, Purificationis B. M. V., S. Mathiae apostoli, S. Joseph, Annuntiationis B. M. V., dies 2 et 3 Paschatis et Pentecostes, sanctorum Philippi et Jacobi, Inventionis S. Crucis, Ascensionis, Festum Corporis Christi, S. Joannis Bapti-

Etsi non
habeat con-
gruos redi-
tus, vel sit
contraria
consuetudo.

Quid de
parochio
paupere.

Quid de
oeconomis
parochia-
rum.

Missa con-
ventualis
applicanda
benefactori-
bus in ge-
nere.

Limitatio.

Item, in
festis unius
pracepti.

Proinde casu quo aliquis parochus sit adeo pauper, ut vivere cogatur ex eleemosynis Missarum, facultatem concedit episcopis cum eo dispensandi, ut ipse possit etiam diebus festis Missam applicare pro eleemosynam offerentibus, modo intra eamdem hebdomadam Missas omissas pro populo applicet. — Et quoad oeconomos qui deputantur ad curam animarum vacante ecclesia parochiali, tribuit episcopis facultatem assignandi illis congruam portionem ex fructibus parochiae, pro onere celebrandi pro populo diebus festisⁿ⁾; licet ipsi fructus ad Cameram apostolicam pertineant, et quamvis portio jam eis sit assignata^{o)}, juxta constitutionem S. Pii V, sed non sit sufficiens.

326. — Deinde decrevit Pontifex sua apostolica auctoritate, *ut... Missa conventualis, quae singulis diebus canitur a clero praedictarum ecclesiarum, pro eaurum benefactoribus in genere quotidianie applicetur... Etenim hujusmodi debitum non quidem respicit singulares aliquos benefactores, sed benefactores in genere cuiuslibet ecclesiae*. Et hoc, quavis consuetudine non obstante. Nisi autem alicubi adsit consuetudo applicandi pro benefactoribus ecclesiae primam et etiam secundam Missam conventualem, declarat non esse obligationem applicandi secundam: modo in *Memento* secundae Missae pro defunctis fiat ipsorum commemoratio.

In fine autem hujus bullae loquitur Pontifex de obligatione canoniconum ca-

S. Pii V, constit. Ad exsequendum, 1 Nov. 1567, § 2,

nendi aut psallendi in choro, alias restituendi fructus praebendarum et distributionum, si tantum assistant, et non psallant aut canant: quo improbables reddidit opiniones oppositas. — Vide de hoc dicta *Lib. III, n. 675, Dubit. 3.*

Postquam autem haec notavi^{a)}, alia insurrexit Quaestio, quam apud nullum auctorem usque adhuc discussam neque indicatam inveni, scilicet: *An parochus infirmus, sive episcopus* (nam quod dicitur de parocho, fortius dicendum est de episcopo), *si non possit celebrare pro populo per seipsum, teneatur celebrare per alium?*

Plures doctos super hoc dubio consuli. Alii negarunt, dicentes hanc obligationem celebrandi pro populo includi in obligatione orandi pro populo, quam habet parochus; at cum obligatio haec orandi sit mere personalis, sicut parochus impeditus orare pro populo non tenetur per alium orare, ita impeditus celebrare nec tenetur celebrare per alium. — Sed ego

cum aliis oppositum censeo omnino tenendum^{b)}. — Ratio, quia parochus non solum tenetur celebrare pro populo, sed etiam Missam populo applicare; ut idem Papa Benedictus declaravit anno 1744 in eadem bulla *Cum semper*. Idque procedit juxta effata S. Pauli (Hebr. v, 1): *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Denum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Et deinde idem

in Bullar. Rom. Mainardi.

Parochus
vel episco-
pus morbo
impeditus:

Omnino
tenetur per
alium cele-
brare pro
populo.

stae, sanctorum Petri et Pauli, S. Jacobi apostoli, S. Annae, S. Laurentii, Assumptionis et Nativitatis B. M. V., S. Bartholomaei, S. Matthaei, S. Michaelis archangeli, sanctorum Simonis et Judae, Omnia Sanctorum, S. Andreae, Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis (hoc festum postea additum est), S. Thomae apostoli, Nativitatis Domini, S. Stephani protomartyris, S. Joannis evangelistae, Sanctorum Innocentium et S. Silvestri. Praeterea festum principale patroni provinciae et loci, quod de pracepto servatur.

ⁿ⁾ Benedictus XIV, § 9, haec de oeconomia genti dicit, « qui exigua hujusmodi certorum fructuum assignatione, paucisque incertis proventibus gaudeat ».

^{o)} Hoc ultimum refertur a Benedicto XIV,

confirmat (vers. 3), dicens: *Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis.*

Obligatio autem pastoris orandi pro populo est equidem personalis; sed obligatio applicandi populo fructum Missae simul est personalis (quia si potest celebrare per seipsum nequit celebrare per alium), et etiam realis, cum sit una ex obligationibus muneri pastoris annexis; prout dictum fuit in concilio Tridentino¹, ubi mandatum fuit sacerdotibus curam animarum habentibus, Missas celebrare, *tam frequenter ut suo muneri satisfiant.* — Onus autem hoc offerendi Missas pro populo est ex pracepto divino; ut idem concilium expressit², ubi dicitur: *Cum pracepto divino mandatum sit omnibus quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini praedicatione, etc.* Illud autem praecipuum divinum habetur apud Joan. xxi, 17: *Pasce oves meas.* Sicut igitur tenetur pastor suas oves pascere praedicatione, sacramentorum administratione, correptione, etc.: sic etiam tenetur pascere applicando eis fructum sacrificii. Quapropter, sicut pastor impeditus praedicare vel sacramenta administrare, tenetur praedicare et administrare sacramenta per alium; ita impeditus applicare per seipsum populo Mis-

¹ Sess. 23, de reform., cap. 14. — ² Sess. 23, de reform.,

sam, tenetur per alium applicare sacrificii fructum: quod est pabulum utilius quo populum juvare potest.

Si autem parochi, et omnes quibus cura animarum commissa est, tenentur in dominicis et festis de pracepto Missam celebrare et applicare pro populo; tanto magis ad id tenentur *episcopi*, tamquam principaliores animarum pastores^c. — Non autem ad hoc tenentur quotidie; quidquid dicatur in cap. *Quoniam, de privil., in 6°.* Nam eodem cap. dicitur quod divina celebratio Missae vel auditio (quoad episcopos) est tantum de decentia, non vero de obligatione: *Quoniam* (verba textus) *episcopi eorumque superiores se habent diversis ex causis a suis ecclesiis et dioecesis absentare frequenter, nec semper possunt commode ad ecclesias accedere pro Missa celebranda vel audienda in ipsis, sine qua eos transire non decet (nota: non decet) absque causa rationabili ullam diem: praesenti constitutione indulgemus eisdem, ut altare possint habere viaticum, et in eo celebrare ac facere celebrari, ubicunque absque interdicti transgressione illis permittitur celebrare vel audire divina.*

327. — ^a 8°. Qui stipendium pro Sacro accepit, tenetur dicere Missam pro defunctis, vel votivam, vel in hoc aut isto altari, prout pecuniam offerens petivit

Pariter,
iisdem diebus tenentur episcopi.

Quoniam
peccet celebans non
satisfaciens voluntati
fundatoris.

cap. 1.

Quamnam
Missam celebante
tenetur accipiens
stipendium.

populi commoditatem alias sacerdos in eccllesia parochiali celebret, et verbum Dei explicet.

c) Animarum pastores, quibus haec obligatio incumbit, sunt 1°. *Episcopi* (post adeptam sedis possessionem, ut constat ex declaratione S. R. C., Decret. auth., n. 2682, ad 22), administratores, vel alii quocumque titulo insigniti, qui, actu praesunt dioecesi canonice erectae. 2°. *Abbes* jurisdictionem quasi episcopalem in clerum et in populum cum territorio separato habentes, ex constit. *In suprema Leonis XIII*, de die 4 id. Jun. 1882. — 3°. *Parochi* sive saeculares sive regulares, sive amovibiles sive inamovibiles; *administratores* etiam ad tempus (ex declaratione S. C. de P. F., 8 Nov. 1882); *omnes pastoris vice fungentes*, ut sunt vicarii curati, economi, vacante parochia. Immunes vero sunt ab hac obligatione episcopi titulares, vicarii generales, vicarii capitulares, sede vacante (S. R. C. Decr. auth., n. 2682, ad 23), sacerdotes qui

curam tantum secundariam seu subsidiariam habent (S. R. C. Decr. auth., n. 2892, ad 2) ut sunt capellani seu cooperatores parochi, capellani monialium, nosocomiorum, collegiorum aliorumque ejusmodi locorum; item vicarii apostolici et missionarii, dummodo non agatur de locis in quibus sedes episcopalis ac paroeciae canonicae erectae jam sint, atque ad eas vicarius apostolicus et missionarii missi sint ut legitimorum pastorum vices gerant ». S. C. de P. F. 23 Mart. 1863 et 18 Aug. 1866. — Istud tamen inter episcopos et abbates et parochos discrimen existit: episcopos scilicet et abbates huic officio satis esse facturos per celebrationem et applicationem unius Missae pro universo populo sibi commisso, etiamsi duas vel plures dioeceses et abbatias aequo principaliter unitas regant (Leo XIII, const. *In suprema*, 4 id. Jun. 1882); parochos vero duas aut plures paroecias regentes, teneri sive per se sive per alium ad tot Missas celebrandas quot sunt parochiae. S. C. C., 3 Febr. 1884.

« (quantum tamen rubricae permittunt: « quibus neglectis, Ecclesiae ordinem invertere ob alterius devotionem non convenit); quia ob ejus devotionem et speciales orationes, major fructus provenire solet. Si tamen aliter faciat, non erit grave; immo nullum, si fiat justa de causa. — Vide Diana¹, card. Lugo².

328. — ^a 9°. Is qui quoad locum, temporis intentionem, qualitatem Missae, non satisfacit, sine justa causa, voluntati fundatori, peccat: et quidem graviter, si saepe faciat, esto consentiant haeredes^a, cum ii in hoc voluntati testatoris non possint derogare, ut docent Silvester, Navarrus, Azor, etc. — Episcopus tamen potest in hoc dispensare ex causa; ut habent Henriquez, Silvester et Tanner.

« Quod si quis quoad locum impediatur, tenetur in alio, ut habet Azor³ et Sà⁴, Diana^b: ubi docet (ex Navarro, Rodriguez, Fagundez et Azor), esse mortale celebrare in alio templo vel altari quam quis tenetur. Quod negat card. de Lugo, si raro et ex causa fiat⁵; immo nec esse veniale, si obligatus quotidie celebrare, raro et ex rationabili causa celebret alibi. — Similiter Tamburi nius⁶ excusat a mortali eum qui uno altero die singulis mensibus alibi celebrat: nisi tamen teneatur celebrare in altari privilegiato. Notatque posse saecordetem contra hoc onus Missarum,

¹ Part. 2, tr. 14, resol. 29 et 31. — ² De Euch., disp. 21, num. 35. — ³ Silvest., v. Missa I, qu. 7, § Quintum, et qu. 10, i. f. — ⁴ Navar., Man., cap. 25, num. 134; cfr. etiam de Orat., cap. 5, num. 2 et 12. — ⁵ Azor, part. 1, lib. 10, cap. 24, qu. 7 et 8. — ⁶ Henrig., lib. 9, cap. 22, num. 6. — ⁷ Silvest., v. Legatum IV, qu. 11. — ⁸ Tann., tom. 4, disp. 5, qu. 10, n. 80. — ⁹ Loc. cit., qu. 8. — ¹⁰ V. Missa, n. 47. — ¹¹ Navar., Man., cap. 25, n. 134. — ¹² Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 247, num. 10 (edit. Hispan.: cap. 244, num. 9, v. f.). — ¹³ Fagund., de 1^o Praec. Eccl., lib. 3, cap. 9, num. 7. — ¹⁴ Azor, part. 1, lib. 10, cap. 24, qu. 8. — ¹⁵ Vide n. 26. — ¹⁶ Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 2, § 1, n. 2; cap. 7, § 1, n. 2. — ¹⁷ Loc. cit., n. 36. — ¹⁸ Tr. 13, disp. 1, punct. 6, num. 26. — ¹⁹ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 1, concil. 4. — ²⁰ Tr. 5, cap. 5, n. 17. — ²¹ Navar., Man., cap. 25, n. 134; de Orat., cap. 5, n. 2 et 12. — ²² Azor, part. 1, lib. 10, cap. 24, qu. 8. — ²³ De Euch., disp. 21, n. 38. — ²⁴ Tr. 5, cap. 5, n. 18 et 20. — ²⁵ Confer. 18, de Oblig. celebrandi, num. 216. — ²⁶ Herincx, disp. 8, num. 185 et 186. — ²⁷ Tr. 13, disp. 1, punct. 6, num. 27. — ²⁸ De Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, num. 28. — ²⁹ Lib. 6, part. 2, num. 120. — ³⁰ Tr. 5, cap. 5, num. 19. — ³¹ Henrig., lib. 9, cap. 24, num. 4. — ³² Barb., de Offic. et Potest. episc., alleg. 24, num. 36. — ³³ Anton. a Spiritu S., Director. confessar., tr. 7, disp. 6, num. 283. — ³⁴ De Sacrif. Miss., cap. 8, qu. 6, resp. 2, v. Tertio.

328. — ^a Haeredem praetermittunt Silvester, Navarrus et Azor, in reliquis vero concordant.

^b Diana, part. 2, tract. 14, resol. 29, id dumtaxat habet quod sequitur, non vero quod antea positum est.

329. — ^a Pasqualigo utique haec docet de loco celebrationis in universum, de Sacrif. nov. legis, qu. 1187 et 1170; sed qu. 1142,

de loco in specie disputans, asserit episcopum posse quidem dispensare quoad altare, sed in eadem eccllesia; ideoque, n. 5, eum non posse dispensare cum absente, si absentia sit longa, ut celebret in loco ubi reperitur..., et proinde non posse concedere licentiam, ut capellanus absit, studiorum causa, a loco ubi tenetur celebrare, et celebret ubi studet et non supplet per alium». Quod a Croix hic non advertitur.

Non celeb
bre loco
vel hora
praescri
pta, ietha
le:

Modo o
missio sit
frequens;

vel sine
causa;

vel sine
dispensatio
ne episcopi;

de loco in specie disputans, asserit episcopum posse quidem dispensare quoad altare, sed in eadem eccllesia; ideoque, n. 5, eum non posse dispensare cum absente, si absentia sit longa, ut celebret in loco ubi reperitur..., et proinde non posse concedere licentiam, ut capellanus absit, studiorum causa, a loco ubi tenetur celebrare, et celebret ubi studet et non supplet per alium». Quod a Croix hic non advertitur.

cum Passerino^{b)} et Riccio; Tamburinius¹, Mazzotta², qui vocat communem. — Ratio, quia in tali dispensatione voluntas testatoris tantum in accidentibus omittitur, et altiori bono compensatur. Licit enim Tridentinum³ prohibeat mutari qualitates fundationum; istas tamen episcopi, voluntates testatorum interpretando, bene reducere possunt ad aequitatem: ita Mazzotta⁴, et Croix⁵ cum Pasqualigo. Tanto magis quia idem concilium⁶ expresse concedit praelatis in quibusdam casibus, etiam omnino commutare ultimas voluntates.

Limitatio.

Recte tamen Croix et Pasqualigo^{c)} dicunt in nostro casu non posse dispensare episcopos, si testator, designando ecclesiam vel horam in fundatione, specialiter respexerit commoditatem populi audituri Missam.

*et modo
fundator al-
tare desi-
gnaverit ex
gravi cau-
sa.*

Praeterea dixi: *modo fundator altare illud destinaverit ob gravem causam*, puta ob memoriam vel commodum familiae aut populi, vel ob speciale cultum Sancti, et similia. Nam si nullum habuerit speciale finem, vel si causa cessaverit (nempe si familia sit extincta vel alibi moretur), tunc sacerdos, mutando altare,

Ricci, Prax. aur., part. 4, resol. 104, n. 2. — ¹ Method. celeb. Miss., lib. 3, cap. 2, § 2, num. 1. — ² Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 3, § 5, qu. 1. — ³ Sess. 25, de reform., cap. 5. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 120. — ⁶ *Pasqual.*, de Sacrif. nov. leg., qu. 1187, num. 4 et 5. — ⁷ Sess. 25, de reform., cap. 4. — ⁸ *Croix*, lib. 6, part. 2, num. 120. — ⁹ De Euch., disp. 21, n. 36 et 37. — ¹⁰ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2.

^{b)} Passerinus, qu. 187, art. 4, n. 1182, distinguit, et dicit « quod si tam de jure quam de facto Missa potest celebrari in loco a fundatore praefixo, non potest episcopus se intromittere; sed solius Summi Pontificis est pias voluntates commutare.... Si vero de jure vel de facto sit impossibile celebrare in altari a fundatore electo; tunc..., si impossibilitas sit manifesta, non est opus episcopi auctoritate, quae tamen in dubio est necessaria, quia tunc subrogare aliud altare, in quo celebrari debat, proprium est episcopi ».

^{c)} Pasqualigo a Croix citatur uti refert S. Alphonsus; tamen, qu. 1187, i. f., non loquitur de loco, sed de hora vel die.

^{d)} Dummido testator in designando primo altari non respexisset ad causas supra enumeratas, ut limitant Lugo et Collet.

^{e)} Anacletus, seu rectius Kresslinger, in Addit. ad Reiffenst., tr. 14, dist. 5, n. 94. « Difficile mihi... videtur, inquit, similem qui

tantum venialiter peccabit: et ne venialiter quidem, si celebrabit in altari privilegiato^{d)}, quia ibi melius consulet fundatori. — Ita Lugo⁷ et [Contin.] Tourney⁸.

Caeterum advertendum, apud Patrem Ferraris⁹ reperiri plura decreta S. C. Concilii, quibus dicitur pro hujusmodi dispensatione semper adeundam esse Sedem Apostolicam.

Notandum II^o. Quod si quis, stipendio accepto, deberet Missam celebrare in altari privilegiato, et in alio celebraret, non jam teneretur ad restitutionem stipendi, sed tantum ad lucrandas indulgentias applicabiles pro defunctis. Ita Elbel¹⁰ cum Anacleto^{e)} et Babenstuber; Sporer^{f)} ac Roncaglia^{g)}: qui addit non esse quidem obligationem restituendi, si eleemosyna data sit ordinaria; secus vero, si pinguis. — Non autem satisficit qui celebrat in alio altari non privilegiato, applicando indulgentias calculi benedicti, imaginis, etc.; quia hae indulgentiae non sunt tam certae quam indulgentiae altaris privilegiati: ut dicunt Salmant.¹¹ cum Navarro^{h)}, Azorⁱ⁾, Bonacina, Diana et Dicastillo. Et idem censem Lugo¹² et Salmant.¹³ cum

sect. 1, concl. 4. — ⁹ Biblioth., v. *Cappellania*, n. 14. — ¹⁰ Confer. 18, de Oblig. celebrandi, n. 210. — *Babenst.*, de Sacrif. Miss., disp. 5, art. 3, n. 16 et 17. — ¹¹ Tr. 5, cap. 5, num. 21. — *Bonac.*, qu. ult., punct. 7, § 4, n. 5. — *Diana*, part. 2, tr. 14, resol. 29. — *Dicast.*, tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 21, n. 390. — ¹² Disp. 21, n. 39. — ¹³ Tr. 5, cap. 5, n. 22.

tales Missas in altari privilegiato legendas bona fide alibi celebravit, ex integro condemnare ad resarcitionem et repetitionem ipsarum Missarum ». In reliquis vero cum Elbel concordat.

^{f)} Sporer, etsi ab Elbel hic citatur, non loquitur tamen, part. 2, cap. 5, n. 355, de altari privilegiato.

^{g)} Roncaglia, de Sacrif. Missae, cap. 7, qu. 7, resp. 2: « *Suaderem*, inquit, ... ut aliis operibus satisfactoriis, et praecipue lucrando indulgentiam plenariam pro defunctis, pro quibus debebat in altari celebrare, compensaret damnum spirituale illis irrogatum, ad quod etiam teneri aliqui docent ». In reliquis concordat.

^{h)} Navarrus et Azor a Salmant. non bene citantur; nam neque apud Navarrum, *Man.*, cap. 25, n. 134; neque apud Azor, part. 1, lib. 10, cap. 24, qu. 8, hoc assertum reperi potui.

*Plura de-
creta ju-
vent sem-
per ad diri-
Sedem Apo-
stolicam.*

*Non cele-
brans in al-
tari privi-
legiato pe-
nitito, ad quid
teneatur.*

*Reductio
Missarum a
sola S. Sede
fieri potest.*

aliis communiter (contra Dianaⁱ⁾, Pasqualigo, Megalium, etc.) de calculo benedicto cum indulgentia ad liberandam animam purgatorii in celebratione Missae^{j)}.

330. — « 10^o. Beneficiatus ex justitia obligatur sub mortali et poena compensationis, ad eum numerum Missarum, per se, vel (prout mens fundatoris ex verbis colligenda permittit) saltem per alium », — [Nisi exprimatur in institutione capellaniae quod capellanus per seipsum celebret, semper per alium celebrare potest. Sic recte docent Salmant.¹ cum Dicastillo; et Diana², qui cum Campanili testatur ita declaratum a S. Congregatione. Et sic etiam fuit decisum a S. Rota Romana, apud Pittonium³: qui affert aliam declarationem S. Congregationis editam 17 Sept. 1683.] — « quem numerum litterae fundationis requirunt. Eum vero numerum ex justa causa, ut v. gr. si redditus jam non sufficientes respondeant, potest minuere episcopus in synodo: quam potestatem Bonacina restringit ad Missas defunctorum, et quidem post Tridentinum impositas^{a)}. Vide Bonacina⁵. »

331. — Reductio Missarum hodie tantum a Sede Apostolica, non ab episcopis fieri potest; ut patet ex decreto S. Congregationis Concilii, edito jussu Urbani VIII, et confirmato ab Innocentio XII (vide

Pasqual., Decis. moral. 427. — *Megal.*, Var. resolut. 187, num. 20. — ¹ Tr. 5, cap. 5, n. 33. — *Dicast.*, loc. cit., n. 411. — ² Part. 4, tr. 4, resol. 87. — *Campan.*, Diversor. juris canon., rubr. 7, cap. 6, num. 13. — *Rota Rom.*, decis. 299, coram Carpineo, num. 12. (Recentior. part. xv). — ³ De Parochis, num. 1171. — ⁴ Loc. cit., num. 1514. Cfr. etiam

ⁱ⁾ Diana, part. 4, tr. 4, resol. 40; et part. 6, tr. 6, resol. 12, docet utique hoc modo satisficeri, modo tamen petens Missam nullum altare particulare determinasset, ut limitat, part. 4, loc. cit.

^{j)} Nihilominus S. C. Indulg., die 2 Maii 1852, declaravit eum qui quacumque ratione indulgentiam altaris privilegiati non lucretur, non posse satisfacere applicando aliam indulgentiam plenariam defunctis, pro quibus ad altare privilegiatum celebrare debuerat. Decreta auth. S. C. Ind., n. 357. Et haec quidem declaratio servanda est, quidquid alias, die 22 Februarii 1847, responderit eadem S. C. pro casu quodam particulari tantum, ut explicuit die 24 Julii 1885. — Praeterea, ad lucrardam indulgentiam pro defunctis, tenetur

apud Croix⁶), ubi sic dicitur: *Distincte prohibet ne episcoli in dioecesana synodo, aut generales in capitulis generalibus, vel alias quoquomodo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem concilium imposta, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus reducendis aut moderandis vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, etc. Alioquin reductiones, moderationes, commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas atque inanes decernit.* — Facultas autem, ut clare explicat idem decretum (quidquid dicant Salmant.⁷), data per Tridentinum⁸ episcopis et aliis, tantum fuit pro reducendis Missis ante concilium relicitis, et non impositis in limine fundationis^{a)}. — E converso, in ipsomet decreto Urbani (apud Croix⁹) declaratum fuit bene posse episcopos reducere Missas si testator expresse hanc ipsis dederit facultatem.

Causae autem ex quibus Sedes Apostolica solet Missas reducere sunt: paucitas sacerdotum, stipendii tenuitas vel augmentum stipendi currentis, extenuatio reddituum monasterii, vel majores expensae necessariae ad victum, etc.; denique si urgeret necessitas fratrum, vel fabricae ecclesiae aut monasterii.

Ita Palaus¹⁰, Wigandt¹¹; et Salmant.¹²

Pallott., v. *Capellanus*, § 3, n. 123 et 143 [18 sept. 1683], num. 146 et seqq. — ⁶ De Euch., qu. ult., punct. 7, § 2, n. 10. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 63, v. *Ac primo*. — ⁸ Tr. 15, de Statu relig., cap. 7, num. 148. — ⁹ Sess. 25, de reform., cap. 4. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, n. 89. — ¹¹ Tr. 22, punct. 15, n. 2 et 3. — ¹² Tr. 12, n. 80. — ¹³ Tr. 15, cap. 7, n. 144.

*Causae re-
ductionis.*

sacerdos uti paramentis nigris diebus non impeditis. Decr. auth. S. C. Ind., n. 281, 339 et 357. Et S. R. C. prohibuit alium colorem in Missis defunctorum praeter nigrum; violaceum tamen esse posse die 2 Novembris, si fiat expositio SS. Sacramenti pro oratione XL. Horarum. Decr. auth. S. R. C., n. 3177 et 3864.

330. — ^{a)} Seu rectius: Bonacina restringit hanc facultatem ad Missas « ex defunctorum dispositione » relictas, et quidem ante Tridentinum impositas.

^{b)} Et haec potestas reducendi Missas in synodo intelligi tantum de prima synodo post idem concilium celebrata, ac de oneribus Missarum celebrandarum ante idem concilium impositis, ut declaravit S. C. C., et habetur apud Pallottini, v. Missa, § 11, n. 5.

cum Azor, Philiberto, Barbosa, Lezana et aliis.

Dubitatur 1º. *An episcopus possit minuere Missas quarum onus non est qui suscipiat ob eleemosynae tenuitatem?*

Affirmat Croix¹ cum Pasqualigo et Tamburinio. — Sed negandum cum Patre Concina; ex decreto S. Congregacionis mox supra citato, ubi declaratur nullo modo posse episcopos onera Missarum reducere vel moderari. Idque expressius declaravit eadem S. C. in alio decreto (quod refert Concina²), iterum confirmato per aliud decretum, editum die 20 Junii 1682. — Sed hoc intelligendum procedere ait Fagnanus³ cum Felino⁴, quando ante hujusmodi onera Missarum de jure vel de facto adimpleri poterant. Sed casu quo reditus a principio fuerint sufficietes, et postea ita imminuantur, ut nullo modo sufficient ad onera ferenda; tunc dicit Fagnanus⁵ non videri sublatam episcopis facultatem, quam habent de jure communi, Missas moderandi vel communandi: ex cap. *Nos quidem, de testam.*, et ex Tridentino⁶, ubi conceditur episcopis, ut una cum haerede vel executore possint ultimas voluntates in alium plium usum commutare⁷.

Azor, part. 3, lib. 12, cap. 6, qu. 5. - *Philib. Marchin.*, tr. 3, part. 2, cap. 19, num. 26. - *Barbos.*, de Offic. et Potest. episc., alleg. 29, n. 3. - *Lesana*, Sum., v. *Missa*, n. 30. - ¹ Lib. 6, part. 2, n. 119. - *Pasqual.*, de Sacrific. nov. legia, qu. 1169, num. 6. - *Tambur.*, Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 2, n. 9 et 10. - *Concina*, de Sacrific. Miss., cap. 6, § 2, n. 42. - ² De Sacrific. Miss., cap. 6, § 2, n. 42; cfr. Pallottini, v. *Missa*, § 11, n. 8. - ³ Sess. 25, de reform., cap. 8. - ⁴ Lib. 4, n. 855. - ⁵ Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 2, n. 2; et § 3, n. 89. - ⁶ De Sacrific. Miss., cap. 8, qu. 8. - ⁷ *Pasqual.*, qu. 1075, n. 2 et seqq. -

^{b)} Fagnani sententia clarius exponenda videtur. Dicit ergo in cap. Ex parte, *de constit.*, n. 21, Missarum reductionem ad Romanum Pontificem spectare, nisi tamen (n. 23) proventus haereditatis non sufficient ad omnia onera injuncta; limitationem tamen istam locum non habere quoad onera beneficiorum fundatione injuncta (n. 24). — Deinde vero (n. 25 et seqq.), disputans de casu quo a principio erant quidem sufficientes, sed postea imminuti sint, adeo ut non sufficient ad onera supportanda, tunc forte poterit episcopus moderari quoad haeredem, in quantum reditus ad eum spectant; quoad beneficiatum vero: respectu eleemosynarum, quas ipse beneficiatus tenetur aliis sacerdotibus erogare

Dubitatur 2º. *An possit capellanus ex se minuere numerum Missarum si deficiant reditus?*

Si deficiant in totum sine ipsius culpa, certum est non teneri Missas celebrare; ut communiter dicunt Croix⁸, Tamburinius⁹; Roncaglia¹⁰ cum Pasqualigo et Passerino; ac Escobar¹¹ cum Bordono et Aversa. Idque declaratum fuit a S. Congregatione (ut diximus n. 324, v. *Hic autem*). — Si vero reditus deficiant in parte, etiam videtur certum cum Escobar¹², posse capellananum minuere Missas, casu quo testator congruam eleemosynam designaverit, v. gr. tarenum pro qualibet Missa. Quia tunc, sicut augendus esset numerus Missarum, si reditus augerentur; ita minuendus est, si reditus diminuuntur.

Major difficultas est: *An possit capellanus minuere Missas, si testator designaverit numerum Missarum, et deficit stipendum adhuc ordinarium?*

Negat Tamburinius¹³, Diana¹⁴, Mazzotta¹⁵, Palaus¹⁶; et Salmant.¹⁷ cum Azor, Gavanto, Philiberto, Pellizzario et Lezana. Hi dicunt pro hac moderatione omnino recurrentum ad Sedem Apostolicam¹⁸: item ex decreto supra allato, ubi dictum fuit: *Pro his omnibus reducendis aut mo-*

Passer., qu. 187, art. 4, num. 1087. - ⁸ Lib. 21, num. 637. - *Bordon.*, resol. 25, n. 31. - *Aversa*, qu. 11, sect. 18, § *Terito*, v. *Quod si post*. - ⁹ Loc. cit., n. 638. - ¹⁰ Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 2, n. 1 et 2. - ¹¹ Part. 10, tr. 16, resol. 65. - ¹² Tr. 4, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 3, qu. 1, n. 5. - ¹³ Tr. 13, disp. 1, punct. 6, num. 23. - ¹⁴ Tr. 18, cap. 7, num. 150 et seqq. - *Azor*, part. 2, lib. 6, cap. 24, qu. 6; et part. 3, lib. 12, cap. 6, qu. 4. - *Gavant.*, Manual. episcoporum, v. *Missa*, n. 55. - *Philib. Marchin.*, tr. 3, part. 2, cap. 19, num. 1. - *Pelliz.*, tr. 6, cap. 3, num. 42. - *Lesana*, v. *Missa*, n. 37.

pro Missis celebrandis, poterit similiter episcopus ea onera moderari. Et ibi citat cap. *Nos quidem*; Trident., cap. 8, sess. 25; et Felinum, in cap. Cum accessissent, num. 19, de constitut. respectu vero Missarum quas beneficiatus per seipsum celebrare tenetur, etiam reditus beneficii postea diminuti fuerint, non videtur episcopus ullam facultatem habere illas reducendi.

^{c)} S. C. Conc. declaravit episcopum non posse reducere onera perpetua Missarum nondum accepta, absque beneplacito Apostolico, etiam recusantibus locis piis ea acceptare absque prævia reductione; nec posse episcopum reducere onera Missarum beneficio in fundatione imposita, etiamsi reditus ita sint

Totaliter
deficiente
reditu sine
culpa, ca-
pellanus
non tenetur
celebrare.

Deficiente
in parte, po-
test minue-
re Missas si
stipendum
sit taxa-
tum.

Si num-
erus Missa-
rum sit de-
terminatus,
et deficit
stipendum:

Alli di-
cunt adeun-
dam S. Se-
dem pro re-
ductione;

Ad vita-
dam hallu-
cinationem,
adeundus e-
piscopus
aut vir pru-
dens.

derandis... ad Apostolicam Sedem recur-
ratur; tum ex alio decreto (vide apud
Croix¹⁹), ubi ad quaesitum: *Quid, si lega-
tum sit ita tenue ut non sit qui velit onus
illi injunctum subire; et, si recurrentum
sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione
oneris, totum aut fere totum insumendum
sit pro expensis ad id necessariis?* sic
declaratum fuit: *Etsi legatum sit adeo
tenue, nihilominus pro reductione onoris,
ut supra impositi, ab iis ad quos per-
tinet Sedem Apostolicam esse adeundam:
quae, absque ulla impensa, id statuet
quod magis in Domino e re esse judica-
verit.*

His tamen non obstantibus, affirmant
cum Busenbaum²⁰, ut supra num. 330,
Franciscus de Lugo²¹, Escobar²²; item
Bordonus apud Croix²³; et Pasqualigo ac
alii apud Roncaglia²⁴, qui²⁵ id probabile
putat.

Ratio horum est, quia id censemur esse
juxta mentem ipsius testatoris: qui non
praesumitur voluisse gratis, aut stipe mi-
noris justo, cogere capellanum ad cele-
brandum, vel ad supplendum stipendum
ex propriis bonis si vellet per alium ce-
lebrare; alioquin voluntas testatoris esset
injusta, quae servari non debet. At, quia
in hoc facile intervenire posset pericu-
lum hallucinationis, advertit Roncaglia,
generaliter loquendo, recurrentum esse
ad judicium episcopi (quod necessario
requirunt Croix²⁶ et [Contin.] Tournely²⁷),
vel saltem viri docti et pii, qui non au-
toritative, sed tamquam justus arbitrus
numerum Missarum moderetur. Ad de-
creta autem praefata respondet Roncaglia
cum Pasqualigo²⁸, in tali casu hanc non
esse proprie reductionem aut moderatio-
nem stabilem, quam Sedes Apostolica sibi
reservat; sed esse cessationem de jure,

¹ Lib. 6, part. 2, num. 89. - ² De Sacram., lib. 5, cap. 12, n. 98. - ³ Lib. 21, n. 638. - *Bordon.*, resol. 25, num. 37. - ⁴ Loc. cit., n. 118. - *Pasqual.*, qu. 1077, n. 4. - ⁵ De Sacrific. Miss., cap. 8, qu. 8. - ⁶ Loc. cit., reg. in praxi, n. 3. - *Roncagl.*, loc. cit. - ⁷ Lib. 4, num. 855. - ⁸ De Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 13. -

diminuti, ut non sufficient pro eis supportan-
dis. Vide Pallottini, v. *Missa*, § 11, n. 8 et seqq.

^{d)} Verba Busenbaum vide supra, n. 330.
^{e)} Id est: *Pasqualigo*, qu. 1077, n. 4, APUD Roncaglia, loc. cit., qu. 8.

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. III.

obligationis pro rata redditum deficien-
tium. Decreta enim loquuntur juxta men-
tem Tridentini²⁹, ubi sermo est, non jam
de redditibus diminutis, sed de tenui ele-
emosyna ab initio designata pro Missis,
quas non facile reperiatur qui velit cele-
brare, et de illis, re integra, ob tenuita-
tem stipendii, vel paucitatem sacerdotum
fieri vellet reductio. — An autem haec
opinio sit probabilis, judicio sapientiorum
remitto.

Caeterum, si staret haec sententia,
omnino servandum esset id quod adver-
tit Tamburinius³⁰, nempe, quod si capel-
lanus per annos praeteritos acceperit sti-
pendium majus solito, tenetur compensare³¹, eumdem numerum Missarum ce-
lebrando: qui enim ante stetit commodo
deinde stare debet incommodo.

Dubitatur 3º. *An episcopus possit mo-
derari officia, preces et eleemosynas anni-
versariorum annexas?*

Negat Tamburinius, apud Croix³². —
Sed affirmit Pasqualigo, ibid., quia prohibi-
bitio non loquitur de his, sed tantum de
Missarum reductione. Ut etiam nec de
illis Missis, ad quas aliquis sacerdos se
obligasset sine congruo stipendio: id enim
esset in praejudicium ecclesiae et suc-
cessorum. Sed hoc ultimum nullo modo
admittendum; quia esset contra decreta
relata supra, in *Dub. 1*.

332. - « 11º. Qui ratione beneficii tene-
tur quotidie celebrare, tenetur etiam
« Missam pro fundatore (nisi de hujus
« intentione contraria constet) applicare.
« Bonacina et alii quatuor cum Diana³³:
« qui tamen concedit posse eum pro se
« ipso quater aut sexies in anno »; [Vel
pro valde sibi conjuncto, aut carissimo
amico, aut benefactore: sic enim praesum-
itur consensisse fundator; ut Salmant.³⁴

⁹ Sess. 25, de reform., cap. 4. - ¹⁰ Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 1, § 3, n. 96. - *Tambur.*, loc. cit., § 2, n. 5. - ¹¹ Lib. 6, part. 2, n. 121. - *Pasqual.*, qu. 1171, n. 4 et 5. - ¹² Bonacina, disp. 4, de Euch., qu. ult., punct. 7, § 2, num. 13 et 14. - ¹³ Part. 6, tr. 6, resol. 13; part. 2, tr. 14, resol. 28; et part. 10, tr. 14, resol. 37. - ¹⁴ Tr. 5, cap. 5, n. 36.

^{f)} Tamburinius obligationem absolutam
capellano non imponit; sed dicit: « Non posse
statim diminui Missas »; et addit congruum
esse hujus anni defectum compensare ex pree-
teriorum excessu.

S. Doctoris
monitum de
probabilita-
te et usu se-
cundae op-
tionis.

Episco-
pus potest
moderari
officia, pre-
ces, etc., an-
niversariis
annexa.

Beneficia-
tus ad Mis-
sa quoti-
die tenetur
pro funda-
tore.

Limitatio.

cum Lezana, Diana, Stephano, Homobono Naldo, Philiberto, etc. passim. Modo non accipiatur stipendum; ut recte advertunt Holzmann^{a)}; et Elbel¹ cum Pasqualigo^{b)} et Gobat; ac Salmant. ^{c)} cum Bonacina^{c)}, Gavanto^{c)}, Diana^{c)}, et communi; contra Vidal^{c)}: quia hoc esset contra mentem fundatoris] « et in die Commemorationis omnium defunctorum, pro particulari defuncto celebrare. [Vide infra, n. 338].

« Item, quavis hebdomada unam Missam omittere devotionis et reverentiae causa: idque ex praesumpta intentione fundatoris. — Quod Tamburinius² ex Gavanto^{d)} limitat: nisi de contraria fundatoris voluntate constet, vel sit onus ecclesiae aut monasterii curare Missam quotidiam. Vide Tamburinum³, Diana⁴.

« Idipsum limitat card. de Lugo⁵, si obligatio dirigatur ad ipsum sacerdotem, v. gr. si dicatur: *Qui debet quotidie celebrare*: quo casu concedit. [Ita etiam Salmant.⁶ communiter cum Suarez, Bonacina, Azor, Leandro, Silvestro, xe cap. *Significatum, de praebend.*, ubi

Lezana, Sum., v. *Missa*, num. 41. - *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 86; cfr. part. 2 et part. 10, locis cit. - *Steph. a. S. Paulo*, de *Sacram.*, tr. 5, disp. 4, num. 74. - *Homob.*, *Exam. eccles.*, tr. 14, cap. 1, qu. 3, 2nd part., resolut. - *Nald.*, Sum., v. *Missa*, num. 7, v. f. - *Philib. Marchin.*, tr. 3, part. 2, cap. 23, n. 4. - *Confer.* 18, de *Oblig.* celebri, num. 215, i. f. - *Gobat*, tr. 3, num. 584 et 585. - ² Method. celebr. *Miss.*, lib. 3, cap. 8, § 1, num. 5 et 6. - ³ Loc. cit. - ⁴ Part. 2, tr. 14, resol. 28; part. 4, tr. 4, resol. 86; part. 5, tr. 5, resol. 23, et tr. 13, resol. 51. —

332. - ^{a)} Holzmann, *de Euch.*, n. 351, v. f., negat eum, qui tenetur quotidie celebrare, si quando ex rationabili causa vacet, posse pro aliis non sibi valde conjunctis celebrare, sive dein ab istis stipendum accipiat sive non.

^{b)} Pasqualigo non videtur recte ab Elbel citari; nam, *qu. 1130*, ubi dicit capellatum, obligatum ad celebrandum quotidie, posse aliquoties in anno celebrare pro se aut sibi valde conjunctis aut amicis intrinsecis et benefactoribus, silentio plane praetermittit stipendum. Et *qu. 1131*, n. 4, dicit capellatum, qui semel vacat in hebdomada, posse iis diebus quibus vacat, pro se vel pro quo libuerit, celebrare, « praescindendo ab eo quod possit capellatum accipere vel non accipere stipendum ».

^{c)} Salmant., *loc. cit.*, n. 38, loquuntur de casu huic valde affini, de eo nempe quo capellanus, majoris honestatis causa Missam semel in hebdomada omittit; negantque contra

dicitur capellatum teneri quotidie celebrare, salva honestate et debita devotione. Advertit tamen Roncaglia⁷ quod nullo die capellanus poterit vacare, si in fundatione expresse cautum sit ut Missa celebretur per seipsum vel per alium: ex declaratione S. Congregationis, die 30 Maii 1699]. — « Si vero dirigatur ad celebrationem in tali loco, v. gr.: *Volo ut in tali ecclesia celebretur quotidie Missa*, teneri eum pro se alium substituere eo die quo ipse non celebret ». [Ita Salmant.⁸ cum aliis communiter].

333. - « 12^o. Qui non potest fundationi satisfacere propter morbum, non tenetur, si brevis sit (v. gr. quindecim dies) rum, ut docet Bonacina; aut etiam unius alteriusve mensis, ut probabiliter docet card. de Lugo⁹), substituere alium aut compensare; cum tam stricte ne domini quidem honesti cum famulis agant. — Secus tamen, si sit diuturnus morbus: nisi^{a)} redditus sint nimis tenues, aut in morbum absumentur; ut contra Silverstrum^{b)} et Azor^{b)} docet Bonacina ex Rodriguez. — Impeditus vero aliis ne-

Capellanus aegrotans.

Non teneatur curare celebracionem per alium, in infirmitate brevi.

Limitatio.

Quaenam dicatur brevis infirmitas.

« gotiis, licet justis (cum haec non debant obesse fundatori), debet satisfacere per alium, vel compensare postea; « praesertim si fiat saepius. Ita Bonacina¹ ».

Quaeritur: *An capellanus aegrotans teneatur interim alteri dare stipendum ut Missas celebret?*

Commune est (contra Henriquez) non teneri, si infirmitas sit brevis; ut cum Busenbaum (hic) tenent Lugo²; Salmant.³ cum Dicastillo, Diana, Lezana, etc.: nisi fundator voluerit non deficere Missam in tali loco, etc.

Quaenam autem sit infirmitas brevis?

Alii dicunt, si durat per decem dies; ut Barbosa, Molfesi, Graffius, etc.

— Alii extendunt ad quindecim dies; ut Bonacina et Diana; item Elbel⁴ cum Anacleto^{c)}. Et de hoc habetur declaratio S. C. Concilii, edita die 17 Nov. 1695 (apud Pittonium^{d)}, ubi dictum fuit non teneri capellatum per alium supplere, tempore infirmitatis non excedentis quindecim dies.

— Alii, ad mensem: ut Laymann⁵; Sal-

mant.⁶ cum Hurtado et concilio Mediolanensi VII⁷, ubi: *Qui tamen per annum saltem illud munus (celebrandi Missam quotidianam ex mercede) obierint, possint, si vere per mensem infirmitate fuerint impediti, episcopo iudicio, integrum elemosynam percipere.* — Alii denique extendent ad duos menses; ut Lugo⁸ cum Navarra; item Philibertus⁹, Dicastillus, Naldus, Leander et Antonius a Spiritu Sancto, apud Salmant.⁹; et adhaeret Concina¹⁰. Ac probabile putant Busenbaum (ut supra); ac Dicastillus^{e)}, Palaus^{e)}, Navarra^{e)}, etc., apud Salmant.^{e)}. — Omnes autem hae opiniones videntur esse probabiles.

Nota hic obiter id quod advertit Benedictus XIV¹¹, prohibuisse Sacram Congregationem triginta Missas Gregorianas, utpote rebus non convenientibus refertas f).

An autem liceat accipere stipendum pro prima Missa, quam neopresbyter celebrat cum episcopo? — Vide dicenda n. 829, v. *An autem*.

¹ Qu. ult., punct. 8, n. 17. - *Henrig.*, lib. 9, cap. 24, n. 4. — ² De *Euch.*, disp. 21, n. 48. — ³ Tr. 5, cap. 5, n. 34. — *Dicast.*, tr. 5, de *Sacrif. Miss.*, disp. 4, dub. 21, n. 411. — *Diana*, part. 2, tr. 14, resol. 27. - *Lezana*, Sum., v. *Missa*, num. 40. — *Barb.*, de *Offic.* et *Potest.* episc., alleg. 24, num. 31, v. f. - *Molfes.*, part. 1, tr. 6, cap. 1, num. 79. - *Jacob. de Graffius*, tom. 2 *Consilior.*, lib. 3, de *praebend.*, consil. 1, diff. 2, n. 4 et 5. — *Bonac.*, de *Euch.*, disp. 4, qu. ult., punct. 8, num. 17. - *Diana*, loc. cit., resol. 27. — ⁴ De *Parochis*, n. 1605. — ⁵ Lib. 5, tr. 5, cap. 3, n. 7. — ⁶ Tr. 5, cap. 5, n. 35. - *Gasp. Hurtad.*, de *Sacrif. Miss.*, disp. 4, diff. 1, i. f. - ⁷ Tit. de *Missis*, v. *Sacerdotes*. — ⁸ De *Euch.*, disp. 21, num. 49. - *Petr. Navar.*, de *Restit.*, lib. 2, cap. 2, num. 210. - *Dicast.*, tract. 5, de *Sacrif. Miss.*, disp. 4, dub. 21, num. 411. - *Nald.*, Sum., v. *Missa*, num. 11. - *Leand.*, de *Sacrif. Miss.*, disp. 5, qu. 19. - *Anton. a Spiritu S.*, Director, confessar., tr. 7, disp. 6, num. 269. — ⁹ Tr. 5, cap. 5, num. 35. — ¹⁰ De *Sacrif. Miss.*, cap. 6, § 2, num. 31. — ¹¹ De *Sacrif. Miss.*, lib. 3, cap. 23, num. 3.

Vidal, eum posse pro alio celebrare ab eoque stipendum accipere. — Quod pariter et in eodem casu negant Bonacina, *loc. cit.*, punct. 7, § 2, n. 16; Gavantus, part. 3, tit. 12, n. 17; Diana, part. 10, tr. 14, resol. 37. — Contrarium tenet Vidal, *Arca vital.*, de *Justit.*, *inquisit.* I, (n. 28). — Sed S. C. C. in *Collen.*, 18 Sept. 1633, declaravit capellatum, die vacationis non posse celebrare pro se vel pro alio, accepto stipendio. Vide Pallottini, v. *Capellatus*, § 3, n. 142.

^{a)} Gavantus, etsi a Tamburino non allegatur pro limitatione, eam tamen aperte insinuat, part. 3, tit. 12, n. 17 et 18. — 333. - ^{a)} Bonacina limitationem istam tacitus praetermittit, sicut et Rodriguez. — ^{b)} Silvester, v. *Missa I*, *loc. cit.*; Azor, *loc. cit.*, ajunt quando quis, ex institutione quae se referat non ad personam, sed ad ipsam Missam celebrandam, quotidie celebrare debet: si sit impeditus, debet alium subrogare. Ita Sil-

vester et Azor, quos Bonacina citat pro opinione docente esse eo casu supplendum per alium, aut restituendum.

^{c)} Elbel, *de Euch.*, n. 214; Anacl. Reiffenstuel, tr. 14, dist. 5, n. 88, afferunt etiam opinionem quae extendit usque ad mensem, a qua non videntur dissentire.

^{d)} Philibertus Marchinus, tr. 3, part. 2, cap. 23, n. 5, adducit etiam opinionem quae concedit bimestre; et videtur omnes opiniones reputare ut probabiles.

^{e)} Salmant., *loc. cit.*, n. 35, solum Antonium a Spiritu Sancto allegant pro sententia quae hanc opinionem probabilem esse affirmat; Dicastillum vero et Petrum Navarra, quasi eamdem simpliciter teneant; Palaum vero non nominant,

^{f)} Benedictus XIV, postquam de Missis

Missae Gregorianae.